IOH. WILHELMI DE GOEBEL
SERENISSIMI DVCIS BRVNSVIC LVNEBVRG. A CONSILIIS AVLAE, ET IN ACAD. IVLIA ICTI

COMMENTATIO IVRIDICA

DE SVCCESSIONE AB INTESTATO EX IVRE NATVRALI, CIVILI ET STATVTARIO.

DVLCES PER SPINAS ARDVA TENTO.
17 49

EDITIO NOVISSIMA.

(14)

HELMSTADII
EX OFFICINA SCHNORRIANA.
MDCCXXXXIX.

§. I.

Teſtamenta inter modos acquirendi iuris naturalis hypothetici minus recte referuntur: nam teſtator vivus non alienat, quia non transfert dominium, aut aliud quoddam ius, quod relinquere vult, & mortuus alienare neqûit, quia demortuum corpus principio alienandi deſtituitur a) Si ius gentium, remotis dominiis conſideramus, multo minus teſtamenta ad cenſum eorum, quæ ſunt huius iuris, referre poſſumus. Nam, ex eius tenore, omnis vis habendi conſiſtit in poſſeſſione, & hac, maiori alterius vi, aut morte poſſidentis exſtincta, nihil huius facultatis reliquum, quod ad aliquem transmitti poſſet. b) Cum introductis deinde ſocietatibus civilibus, dominia & diſpoſitiones, quæ iure civili notæ ſunt, ortum habuerunt, conſultumque viſum & rebus publicis ſalutare, ſi civibus amplius quoddam ius, quam poſſeſſio tribueretur. c) Etenim potuit, communi civitatis ſponſione, generalibus iuris naturalis præceptis ſpecialitas quædam, ut aiunt, addi, & libertas eius lege civili cir-

 cum-

a) Vid. PVFFENDORFF de *I. N. & G.* lib. V. c. X. §. 2

b) GROTIVS de I. B. &. P. lib. II. c. II. §. I. HOBBES *de cive* c. I. §. 10. PVFFENDORFF de *I N. & G* lib. IV. c. 4 §. 3. BYNCKERSHOECK *de dominio maris* c. I. & *obſervat. iur. roman.* lib. II. c. 2

c) HOBBES in *Leviathane* c. XXIX. p. 153. GROTIVS de I. B. & P. lib. I. c. I. §. 10. L. II. c. II. § 5. c. VIII. §. 5. PVFFENDORFF *de iure naturæ & gent.* lib. IV. c. VI. §. 7. 8 9.

cumſcribi, quatenus illud præceptis, quæ ſunt immutabilia, non repugnaverit. Nam quilibet iure ſuo decedere poteſt pacto, aut debet ſuperioris iuſſu, ſi præcepta, quæ ſervanda ſunt, non obſtiterint.

§. II. Grotianis accenſent erroribus, quod modis alienandi, iure naturali hypothetico notis, teſtamentum annumeraverit: verum hic error Grotii ex falſa eius proficiſcitur hypotheſi, per teſtamentum revera dominium transferri. Apparet illud ex ſequentibus eius verbis: d) *poſſum enim rem meam alienare non pure modo, ſed & ſub conditione, nec tantum irrevocabiliter, ſed & revocabiliter, atque etiam retenta interim poſſeſſione, & pleniſſimo fruendi iure. Alienatio autem in mortis eventum ante eam revocabilis, retento interim iure poſſidendi ac fruendi, eſt teſtamentum.* Accedunt hiſce, quæ in eius iurisprudentia belgica e) leguntur: *Dit regt,* inquit, *by de wetten van vele Volkern beveſtigt, ſtriit niet met het ængeboren regt, mær veel eer komt over een met de æn-geboren reden. Want alſoo yder een by levende lyve ſyn Gæt mag weggewen æn wien hy will, ſuyverliik oft op vorwærden, ende den eygendom alſoo zynde over gegeven, ſyn Kragt behout, ook na des overgevers overlyden, ſoo is metter tyt gebruickt, dat den eygenær eynige ſyne Godern heeft overgegeven æn andern, behoudende æn hem het beſit ende gebruick, ſyn leven lang.*

Grotii itaque ſententia eſt, teſtamenta in iure naturali ex antedicta ſua hypotheſi, fundamentum habere; formam autem extrinſecam a lege civili accepiſſe.

§. III. Non autem diverſæ ſunt confundendæ quæſtiones. Nam hic non quæritur, an quis iure naturali teneatur, teſtamentum facere? id enim eius arbitrio eſſe relictum,

d) de I. B. &. P. lib. II. c. VI. §. 14.
e) p. XIV. p. 65.

lictum, nemo facile in dubium vocabit; nec quæritur, an libertati naturali conveniens sit, de re sua pro lubitu disponere? illud namque est effectus dominii introducti: sed quæritur, an iure naturali illi, ad quos ex sanguinis nexu, propter iusti aut humanitatis præceptum, bona pervenire debent, ultima voluntate, qua quis disponit, quid post mortem suam fieri velit, obligari possint, ita ut a testatore relicta ad eos pervenire patiantur, quibus destinata sunt? ubi omnino negativa defendenda est sententia ex ratione in §. I. adducta. Conducet tamen & hæc PUFFENDORFFII f) addere: *nam cum res illæ, quarum dominium est introductum, vivis hominibus inserviant, ad mortuos autem res humanæ nihil amplius attineant; igitur non ita necessarium videbatur, ut dominium in se contineret facultatem disponendi, si quid circa res alicuius post mortem fieri debeat: sed poterat sufficere, si quis suæ potestati res subiectas haberet, quousque viveret* g) *nec eam ultra vitam extendere posset: de bonis autem eorum, qui inter homines esse desierunt, vivis disponendi cura relinqueretur. Deinde cum mortui rebus humanis exemti sunt, impune ipsorum voluntas ac dispositio, a vivis adhuc facta, videbatur posse negligi.*

§ IV. Gentes, penes quas æquitas naturalis plus valebat, quam leges civiles, testamentorum usum ignorarunt; usque dum, peregrinorum rituum amore retenti, a vetustissimorum mortalium simplicitate discesserint. Germanis hæredes successoresque sui cuique liberi, & nullum testamentum. Si liberi non sunt, proximus gradus in possessione, fratres, patrui, avunculi. h) Venit inde mos, qui

f) De I. N. &. G. lib. 4. c. 10. §. 4

g) Lex enim naturæ, quod dominiorum introductionem suasit, nihil aliud, quam hoc requisivisse videtur. CUMBERLAND de *legibus naturæ* c. VII. p. 337. seqq.

h) TACITUS de *morib. Germanor.* c. 20.

qui multis adhuc in locis viget, i) quod de bonis immobilibus ultima non possint condi elogia. An Grotii k) dicto, penes Batavos ab omni memoria testamentis aliquem fuisse honorem, fides habenda sit, in incerto est. Id certum, Batavos Cattorum populum insulam Rheni amnis colentes, omnium germanicarum gentium, quæ Rheni ripam colebant, virtute præcipuos a Tacito vocari. l)

§. V. De Suionibus, populo germanico, præter viros armaque classibus valente, testatur STIRNHÖÖK, m) *testamentariam ipsis ignotam fuisse successionem, nisi quod donare vel potius legare permissum, idque tamen non sine heredum consensu, si res fuerit immobilis & hereditaria avita, & non nisi certa etiam & a iure definita quantitate.* Suspicor, apud Scottos quoque de bonis immobilibus testamento disponi non potuisse, quoniam facultas testandi de bonis mobilibus, ad tertiam eorum partem restricta est. Hæc namque leguntur in libro, cui titulus: *Regiam maiestatem Scotiæ:* n) *Cum quis in infirmitate positus testamentum facere voluerit, si debitis non fuerit in volutus, omnes eius res mobiles* o) *in tres partes dividentur æquales; quarum una debetur hæredi, secunda uxori, tertia reservetur testatori; de qua tertia parte, testator liberam disponendi facultatem habebit: verum si sine uxore decesserit, medietas sibi reservetur; de hereditate* (*bonis immobilibus*, p) *vero nihil disponere potest, ut dictum est.*

§. VI.

l) GORIS *adversar.* tract IV. de *different. iur.* §. 9.
k) *Inleydinge tot de Hollandische Regts-Gelertheyt p. 65.*
l) *German.* c. 29.
m) De iure *Sueorum p. 179.*
n) lib. I. pag 53. 54.
o) GLANVIL. Lib. VII. c. 5. per magnam chartam c. 18.
p) Gentes hæ sibi persuasum habebant, ad familiarum conservationem nihil magis facere, quam quod bona immobilia extra eas alienari non possent.

§.VI. Franci ex avita terra in Galliam eundem tulerunt morem; ſcilicet ut ad eos bona pervenire paterentur, quibus naturalis æquitas illa deſtinavit. Verum enim vero in loca, in quibus Romanorum inſtituta & mores erant recepti, commigrantes, citius ac alii popularium ſuorum a patrio desciviſſe videntur more. Teſtamentorum iam tum in Francia Seculo V. uſum fuiſſe, ex teſtamento PERPETVI turonenſis epiſcopi conſtat. q) Teſtamentum *Dagoberti* r) ex Seculo VII. eſt. Spectat huc teſtamentum Ermentrudis illuſtris matrone. s) Accedunt formulæ teſtamentorum, quæ leguntur apud Marculphum, t) ſeculi Merovingorum ſcriptorem. u) Seculo VIII. & IX. frequentia in Gallia Francorum occurrunt teſtamenta. Celebre eſt ipſius Caroli M. teſtamentum. x) Dubium tamen aliquod hic oboriri videtur, quod, inter cæteras Galliæ metropoles, Narbonis, Eluſæ & Aquarum Sextiarum nulla fit mentio; ſed vid. BALVZ. *in not. ad capitul. p.* 1071. Fabulam eſſe puto, Caroli M. teſtamentum græcis literis conſignatum in aliquo Weſtphaliæ loco latitare, quanquam hoc, a Gamanſio ſe audiviſſe, referat BOLANDVS *ad c. X. Eginharti* in notis ſub lit. a p. 887. *Actor SS. menſis Januarii.* Aliud eſt Caroli M. teſtamentum,

q) Conditum ann. CDLXXIV. d' *Achery* ſpicileg. tom. III. p. 303.

r) AIMONVS de *Feſtis Francorum* lib IV. c. 30. MABILLON de *re diplomatica* lib. I. c. VII p 29 autor eſt: Dagobertum teſtamentum ſuum, quatuor exemplis ſcriptum, condi præcepiſſe, eorumque unum Lugduni, alterum Pariſiis, tertium Mettis adſervari curaſſe; de quarto, ubi depoſitum, non tradit.

s) MABILLONII ſupplem. append. p. 94. 95.

t) Formulæ *Lindenbrogii* apud BALVZIVM tom: II. p. 529: Adde novam collectionem formularum apud eundem. p. 571, 573.

u) vid *Bignon.* apud BALVZIVM l. c. p. 862.

x) Teſtamentum Caroli M. quod vitæ eius ab Eginharto conſcriptæ p. 13. apud REVBERVM adhæret, genuinum dicunt.

tum, quod vitæ eius apud PITHOEVM *in annal. & histor. Francorum p.* 283. iungitur. PITHOEVS *in operibus sacris iuridicis, historicis, miscellaneis p.* 711. *& in præfat. annal. & historiar. Francorum* illud dubiæ esse fidei, recentiorique manu Thegani operi adscriptum affirmat; sed ab eo discedit BALVZ. *tom. II. capitular. p.* 1068. qui vetustissimum eius exemplar, licet non integrum, in bibliotheca thuanea invenit.

§. VII. A Francis Germaniæ cisrhenanæ, transrhenanæ quoad Romanos, testamentorum usum illatum esse conijcio: Adest quidem legis Anglorum & Werinorum titulus: *libero homini licet hereditatem suam, cui velit, tradere:* Verum hanc ego legem de libero homine, cui nulli erant necessitudine coniuncti, interpretor. Rariora sane seculi X. & XI. apud nos occurrunt testamenta. Et si quæ sunt, satis tamen significant, non nisi de mobilibus plerumque fuisse dispositiones; immobilia enim, sine proximorum consensu, non potuerunt alienari. Exempla vide apud MIRÆVM *in operibus diplomaticis*, & SCHANNAT *in tradit. fuldensibus* & *vindem. litter.* Imo videntur prisca Germanorum testamenta non nisi codicillorum, in quibus legata facta, rationem habuisse. Otto II. traditur y) testamentum condidisse, & thesaurum suum in quatuor distribuisse partes, earumque unam partem ecclesiis, alteram pauperibus, tertiam militibus & ministris, & quartam sorori suæ Mechtildæ Abbatissæ in Quedlenburgh assignasse.

§. VIII. Germanos in Saxoniam novam z) sive Angliam mores patrios & sic etiam testamentorum non usum detulisse, extra ambiguum ponendum; cum tot eius ibi adhuc

y) *In magn. chr. belg. apud Pistor. tom. III. p. 93.*
z) BEDA *histor. eccles. gentis Anglorum,* lib. I. c. XV. SPELMANNVS in vita Ælfredi Magni p. 57.

adhuc reliqua ſint veſtigia. Verum videntur citius aliquid teſtamentariæ diſpoſitioni dediſſe, quam reliquos Germanos, quippe cum Brittis, qui teſtamentorum ritus a Romanis didicerant, in unam quaſi coaleſcentes gentem, pedetentim etiam in eorum mores & leges conceſſerunt; niſi dixeris illos iam tum in patria quædam rei teſtamentariæ habuiſſe veſtigia, quæ a Werinis ſive Thuringis, Francorum quondam ſociis, didicerant.

§. IX. Obſervandum tamen, in monumentis Anglorum veteris ævi, teſtamenti vocem non nunquam inſtrumentum ſignificare. Idem in Francorum chartis obtinere docet CANGIVS. a) In lege Ripuariorum teſtamentum venditionis pro inſtrumenro venditionis ponitur. Habet adhuc alias ſignificationes quas vide apud MABILLON b) & PITHOEVM. c) Ceterum notabile eſt Ælfredi regis teſtamentum quod SPELMANNVS d) refert.

§. X. Græcos Romanosque iactantia potiſſimum & cupiditate eo magis memoriam ſuam ad poſteros transmittendi, ad teſtamentorum placita convolaſſe, arbitror. Credebant enim, ſe teſtamentarios perpetuos laudum ſuarum habituros præcones. Nonnunquam autem, ut ingratum ſuorum in ſe ulciſcerentur animum, aut ut, ira odioque in illos debacchantes, malum inferrent, id factum

---

a) SPELMANN in *gloſſario p. 536. In gloſſario tom. III. p. 1105. edit. lutet.* DOVBLET in *hiſtor. abbat. S. Dionyſii pag. 654.* MIRAEVS in *notit. eccleſ. Belgii p. 52.* CHENIVS in *hiſtor limburg. p. 5.* PVRICELLVS. in *ambroſiana baſilica p. 263 311* BALVZ in *capitular. reg. Franc.* tom. I. p. 41. ſeq. Adde VADIANVM apud *Goldaſtum* Tom. III. R. A. p. 59.

b) de re diplomat lib I. c 2 p. 5 & 8. c. 4. p. 17.

c) In notis ad collat. moſaicarum & romanarum legum. tit. VIII. vid. tamen SCHVLTINGIVS in iurisprudentia anteiuſtin. p. 763.

d) Append. II. ad vitam Ælfredi magni. In hoc ſub initium ſeculi X. condito vocabul. *feodum* occurrit.

ctum esse videtur. Solebant monumentorum, in ostentationem, heredum nomina adscribi. Hoc sequens apud GRVTERVM e) exprimit inscriptio:

D. M.
T. ÆLI. MARIANI. VETERANI. EX. EQVITIBVS.
SINGVL. AVTORIA. PAVLINA. ET ANTONIVS. PRISCVS. PRIVIGNVS. ET. ÆLIVS. LIBERTVS. HÆREDES.
EX TESTAMENTO.

§. XI. Coniicio, testamentorum incunabula incerta admodum fuisse, & in primordio successorum legitimorum libertati relictum, an ultimis suorum eloquiis morem gerere voluerint, nec ne, f) usque dum civitates rationibus suis conveniens crediderint, arbitrarium succedendi modum legibus describere & libertati, testatorum placita sequendi, necessitatis quoddam indere vinculum. Atque hoc ex summo illo, quo rerum publicarum moderatores circa subditorum suorum bona, gaudent arbitrio, si salus reipublicæ illud requirere videatur, profluxit. Tralatitium autem est, leges civiles non obligare, nisi cives parentes illius reipublicæ, in qua latæ sunt.

§. XII. Cumque testamenta sint iuris civilis, illi, quos nulla istius iuris tenet communio, inde plane non obligantur. Non autem tenet iuris civilis communio, qui in statu naturali vivunt, quales sunt, quibus summum rerum imperium in terris suis Deus dedit. In recenti adhuc est memoria, cum Caroli II. Hispaniarum regis testamentum g) aut potius figmentum, sub eius nomine a gallica factione fabricatum, in lucem prodiret, assiduis

e) p. DXVII. 8.

f) de *fidei commissis* & *codicillis* pr. I. de *fidei commiss. hæred.* & pr. I. de *codicillis* traditur.

g) *Corps diplomatique du droit des gens tom. VII. part. II. p. 486.*

ſiduis illud eruditorum commentationibus, de teſtamento huiusmodi invalido, anſam præbuiſſe. Egregie hoc argumentum pertractatum eſt in ſcripto quod gallice ſub hoc titulo exſtat: h) *manifeſte de la maiſon d' Autriche qui demontre clairemont ſes droits à la couronne d' Eſpagne.* Huic themati illuſtrando inſerviunt, quæ ipſi Galli, tantopere deinde teſtamentarium Caroli II. idolum adorantes, in libro, quem ſub titulo: *traitè des droits de la Reine* an. 1667. publici iuris fecerunt, loquuntur. *Cependant,* inquiunt, *l' Eſpagne a-t- elle une maxime plus inviolable, que celle, qui ſe trouve conſacrée dans ſon hiſtoire par tant de fameux exemples, qui aprennent, que les enfans du Souverain ne viennent pas à la couronne par un droit qu' ils tiennent de lui, mais par un ſacré fidei commis de la loy de l' etat, qui les appelle neceſſairement apres leur pere à la Royauté & qui par une chaine infinie & perpetuelle ſubſtituant toujours le vif au mort, produit elle ſeule tout le titre, & tout le droit de la ſucceſſion des ſceptres independamment de la volonté du defunt.* i)

§. XIII. Principes quoque aliis fiduciario vinculo aut inæquali fœdere obnoxii, legibus civilibus illorum regnorum, cum quibus tali ligamine cohærent, obtemperare, non tenentur. Nam nexus ille in ſe ſupremam poteſtatem civilem, quam in ſuis terris habent, non imminuit, k) licet eam pacto aliquando reſtringat. Itaque etiam dici nequit, quod in actibus ſuis leges civiles, ad quas parentes in regnis, quibus illi fidelitatis nexu addicti ſunt, obligantur, obſervare debeant. Et ſi forte ſua ſponte ſe

 legi-

h) ibidem tom. VII. p. 232. & Iaiv. part. I. p. 10.

i) *Les ſoupirs de l' Europe p. 136. 137.*

k) GROTIVS de I. B. & P. lib. I. c. 3. §. 23. lib. II c. XV. §. 7. Vinculum enim illud natura ſua non infert, ut ab illo, cui eo ſunt adſtricti, actus ipſorum irriti reddi queant.

legibus civilibus illarum terrarum, quarum rectores comiter colunt, aut etiam earum, quibus ipsi præsunt, convenienter gerere velint: hoc tamen eos, qui illo iure civili non tenentur, obligare nequit, eisque ius, quod ex naturæ dictamine habent quæsitum, eripi nequit.

§. XIV. Neque existimo, Principes de rebus ad territorium non spectantibus, liberam, ultima voluntate disponendi, facultatem habere, ita ut inde propinqua cognatione coniunctorum, qui legi civili talem dispositionem probanti non subsunt, iuri ex naturali æquitate competendi detrimentum inferri queat. Sed obiicis, hoc modo principum facultas de rebus suis disponendi longe minor est privatorum iure: verum hæc obiectio non stringit; nam omnem habent libertatem de rebus, quæ potestati eorum subsunt, per actus inter vivos disponendi.

§. XV. Aliquando penes Romanos a testamentaria discedebatur lege, & locus naturali dabatur æquitati. PLINIVS l) Sabino quærenti, quæ illi esset sententia, super facto Sabinæ, quæ eos reliquerat hæredes, Modestum servum suum nunquam liberum esse iusserat, eidem tamen sic adscripserat legatum: *Modesto, quem liberum esse iussi*, respondet: *Contuli cum prudentibus, convenit inter omnes, nec libertatem deberi, quia non sit data, nec legatum, quia servo suo dederit: sed mihi manifestus error videtur; ideoque puto, nobis quasi scripserit Sabina, faciendum, quod ipsa se scripsisse credidit. Confido, accessurum te sententiæ meæ, cum religiosissime soleas custodire defunctorum voluntatem, quam bonis heredibus intellexisse pro iure est. Neque enim minus apud nos honestas, quam apud alios necessitas valet.* Idem ait: m) *Sed ego propriam quandam legem*

l) lib. IV. ep. 10. m) lib. II. ep. 16.

legem mihi dixi, ut defunctorum voluntates, etiamsi iure deficerentur, quasi perfectas tuerer. In epistola VII. lib. V. hæc habet: *Nec hæredem institui, nec præcipere posse rempublicam, constat. Saturninus autem, qui nos reliquit hæredes, quadrantem reipublicæ nostræ, deinde pro quadrante præceptionem quadringentorum millium dedit. Hoc, si ius aspicias, irritum: si defuncti voluntatem, ratum & firmum est. Mihi autem defuncti voluntas, (vereor quam in partem iurisconsulti, quod dicturus sum, accipiant) antiquior iure esto.*

§. XVI. Ad intelligenda autem Plinii loca, notandum, *olim quidem secundum plurium sententias non aliter, quam cum libertate recte instituere licuisse: hodie vero,* inquit autor instit. n) *etiam sine libertate ex nostra constit. Hæredes eos instituere permissum est. Quod non per innovationem induximus, sed quoniam æquius erat, & Atilicino placuisse Paulus in libris, quos tam ad Massurium quam ad Plautium scripsit,* refert: Requirebatur igitur veteri iure expressa libertatis mentio, si servo proprio orcini liberti qualitas contingere deberet. Hoc tamen non sine controversia fuit, & placuit Atilicino contraria sententia, quam Justinianus, ut æquiorem & humaniorem, nempe hæreditatis dationi tacite inesse dationem libertatis, secutus est. Vide JANUM A COSTA *in comment. ad Instit. l. c. &* CUIACIUM *ad l. 3 ff. de hæredibus instituendis.* Constitutio Justiniani exstat *l. penult. C. de necessariis servis hæredibus instituendis.* Quod autem hic dicitur, *non per innovationem induximus,* ei obstare videtur §. 2. *ff. qui & ex quibus causis manum.* Ubi Justinianus ait: *nova humanitatis ratione hoc constitutum:* Verum responderi potest, novam humanitatis rationem vocari, quod Justinianus Atilicini sententiam contrariæ aliorum JCtorum opinio-

n) *pr. t. de hæredibus instituendis.*

ni prætulerit. Monet CVIACIVS o) quod hic ex Atilicino refertur, alibi non extare. Id certum, in fragmentis libror. 18. & libri 45. *Pauli ad Sabinum*, quæ reliqua habemus, ne quidem nominis Atilicini veſtigium reperiri; legitur tamen *in l.* 48. *ff. de hæreditatis* petitione, quæ eſt *ex libro II. ad Plautium in l.* 45. §. 7. mandati, quæ eſt ex lib. V. ad eundem l. 17. *de duobus reis*, quæ eſt *ex lib.* 8. *ad eundem in l.* 16. *de libertate legata*, quæ eſt *ex lib. IX. ad Plautium.* In legibus ex reliquis novem Pauli libris ad Plautium Atilicini nomen non occurrit & in omnibus textibus nihil, quod l. c. *Inſtit.* traditur, apparet. Quod igitur ad Plinii locum ex epiſtol. X. lib. IV. allegatum attinet, ſecundum rigorem iuris Modeſtus non potuit haberi pro libero, quia libertas ipſi nullo modo data reperiebatur, & illa verba, *quem liberum eſſe iusſi*, non erant diſpoſitiva ſed tantum enunciativa.

§. XVII. Locus lib. V. epiſt. 7. reſpicit ius vetus, quo conſtitutum, *ne municipia*, ut ait VLPIANVS, p) *nec municipes hæredes inſtitui poſſent, quoniam incertum corpus eſt, ut neque cernere univerſi, neque pro libito de hærede cernere posſunt, ut hæredes fiant.* Requirebatur autem, ut conſilium teſtatoris eſſet certum, quod circa ſingulos cives & municipes eſſe non potuit. *Senatusconſulto tamen conceſſum eſt, ut a libertis ſuis hæredes inſtitui poſſint. Sed fidei commiſſo hæreditas reſtitui potuit; denique hoc ſenatusconſulto proſpectum eſt.*

§. XVIII. Quæ ex Plinio & Vlpiano allata, quod civitatibus & municipiis hereditas directo deferri non potuerit, a MVRETO, q) in dubium vocantur, quoniam TACITVS r) refert, *Valerium Moſchum, exulem in Maſſilienſes receptum bona ſua reipublicæ eorum ut ſuæ patriæ reliquiſſe*, ſed

o) *in comment. ad. inſtit.*
p) *tit. XX. §. 6.*
q) *in notis ad Tacitum.*
r) *lib. IV. annal. c. 43. n. 5.*

sed respondet SCHULTING s) Massilienses ionicis esse usos legibus. Hoc affirmat PETRUS HENDREICH *in Massilia* p. 105. qui sua ex STRABONIS *Geographia* Lib. IV. p. 179. desumsit. An autem hæ leges, expugnata per Iulium Cæsarem Massilia, civibus eius salvæ fuerint, dubium est. t) Romanis sane nihil antiquius fuit, quam sub suam potestatem redactos suis legibus & moribus suæque linguæ assuescere. Maius adhuc dubium exoritur ex verbis TACITI u) ubi traditur: *Augustum tertio gradu primores civitatis hæredes scripsisse*, nisi dixeris, eos non ut collegium, sed ut singulos hæredes institutos, quod hæc, quæ ibidem leguntur, verba *plerosque invisos sibi, sed gloria iactantiaque ad posteros*, suadent. Cæterum Augusti tempore etiam incerto corpori legari potuisse, legata ab eo populo & plebi item prætoriarum cohortium militibus, nec non legionariis & cohortibus civium romanorum relicta, docent. SUETONIUS x) refert. Augustum tertio gradu propinquos amicosque complures instituisse. Quoad legata ab Augusto relicta, cum Tacito convenit Suetonius, nisi quod circa legatum legionarii militis & cohortium civium quodammodo discrepent. Dicendum forte, Imperatorum hoc fuisse reservatum, ut civitates hæredes instituere, eisque & corporibus legare possent.

§. XIX. Quod ad Senatusconsultum, cuius Vlpianus meminit, attinet, illud *apronianum* est. Hoc liquet ex l. omnibus 26. *ff. ad Setum Trebell.* quæ est ex PAULI *libro singulari de Senatusconsultis*, in qua legitur; *omnibus civitatibus, quæ sub imperio populi romani sunt, restitui debere & posse hæreditatem fidei commissam, apronianum Senatus*

s) *in notis ad Vlpianum p. 634.*
t) Vid. *Jul. Cæsarem* de bello civili lib. II. c. 23.
u) lib. I. annal. c. 8. x) in vita Augusti c. 101.

natusconſultum iubet. Adde & VLPIANVM. y) Vlpiani ratio dubitandi, quod municipia bonorum poſſeſſionis non eſſent capacia, erat, quod conſentire non poſſunt. *Vid.* ANTON. AVGVST. z) Huius rationis ratio continetur *in l.* 17. §. 7. *de receptis qui arbitrum:* quia res fere ſine exitu futura eſt, propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem. A Cuiacio hoc Senatusconſultum temporibus Marci minus recte tribui, ait SCHVLTING, quoniam eius ius IVLIANVS, ut ex l. 27. ff. *ad Setum trebellian.* conſtare dicitur, non ignoravit. Hic tamen ante Marcum fatis functus eſt. *Vid.* SCHVLTING a) verum enim vero in pr. l. 27. ff. ad Setum trebellian. quæ eſt ex libr. 40. D. Iuliani tantum hæc leguntur verba: *ita tamen, ut his, quibus reſtituetur hæreditas, actorem eligant, & ad agendum & ad excipiendas actiones;* ita ut ANT. AVGVSTINI *ſententiæ* b) id ſenatus conſultum ſub Hadriano natum eſſe, non æque multum inde acceſſiſſe videatur ponderis. Fortius ſane eſt argumentum, quod non ſub Marco, ſed ante ipſum ſub Hadriano C. *Ventidius Apronianus* in faſtis conſularibus occurrat. c)

§. XX. An autem Senatusconſulti aproniani ius ſub divo Marco demum ad collegia & corpora, quæ licite coierunt, tranſierit, ut apparere videtur *ex l.* 20. *ff. de rebus dubiis*

y) *Lib. IX. ad edictum l. 1. de libert. univ.* ubi per æquitatem interpretat. Apronian. SCtum ad bonor. poſſeſſ. extenditur.

z) *ad l. vectibulitiam.*

a) in *iurisprud. ante iuſt.* p. 635. & GVIL. GROTIVS in *vitis ICtor.* lib. II. 5. 6. p. 126. SPARTIANVS in vita Hadriani c. XVIII. hæc habet: cum iudicaret, in conſilio, habuit non amicos ſuos aut comites ſolum, ſed iurisconſultos & præcipue Iulium Celſum, Salvium Iulianum Neratium Priſcum aliosque, quos tamen Senatus omnes probaſſet.

b) De legibus & SCtis p. 209.

c) Vide *Faſtos conſulares* NOBISII p. 21. & AMELOCVEN p. 85.

dubiis, in ambiguo eſt. Nam in citata lege non dicitur, quod collegiis ſub Marco ius datum per fidei commiſſum accipere; ſed quod ſenatus temporibus Divi Marci permiſerit, collegiis legare. Credendum itaque videtur, ante Marcum iam tum, uti civitatibus & municipiis, ita etiam collegiis & corporibus, fidei commiſſi ope, aliquid relinqui potuiſſe, quoniam ſub civitatibus & municipiis collegia & corpora continebantur, eorumque erant membra; porro eadem ratio, quare illis, ut hæredibus & legatariis nihil deſtinari potuit, collegiis quoque adverſabatur: aſt ſub Marco obtinuiſſe, ut, absque fidei commiſſi auxilio, collegiis & corporibus aliquid relinqueretur. PAVLVS *in l.* 122. *ff. de legatis*, quæ eſt ex libro III. regularum, hac de re, non ut ſua demum ætate nata, loquitur: *Civitatibus legari etiam poteſt*, inquit, *quod ad honorem ornatumque civitatis pertinet.* Accedit Paulo VLPIANVS in l. 32. §. 2. *de legat.* I. quæ eſt ex lib. XX. ad Sabinum: *Si parti civitatis aliquid ſit relictum, quod ad ornatum vel compendium reipublicæ ſpectat, ſine dubio debebitur.* Iungendus huic MARCIANVS *lib.* 13. *Inſtitut.* qui locus in l. 117. *de lege I.* translatus & ſic ſeſe habet: *ſi quid relictum ſit civitatibus, omne valet.* Omne tandem circa hoc caput ſublatum eſt dubium, per conſtitutionem *Leonis Thracis*, quæ habetur in l. 12. c. *de hæredibus inſtituendis*; in hac enim ſancitur: *hæreditatis ſeu legati aut fidei commiſſi vel donationis titulis domus aut anonæ civiles aut quælibet ædificia vel mancipia ad ius inclytæ urbis vel alterius cuiuslibet civitatis pervenire poſſunt.*

§. XXI. Vt corollarium hic adiungere liceat, quod non nemo opinetur, civitates & municipia antiquis temporibus ab hereditatibus & legatis fuiſſe excluſa, ut ſubditi eo tutiores eſſent, quo minus capita civitatum &

muni-

municipiorum heredipetarum numerum in immensum augerent: Verum huic sententiæ refragatur, quod imperatores sub dominatus etiam initium ab hæreditatibus & legatis non fuerint remoti. Augustus ex ignoti testamento tantum nihil capere voluit. d) De Tiberio narrat TACITVS: e) *neque hæreditatem cuiusquam adiisse, nisi cum amicitia meruisset. Caligula testamenta primipilarium, qui ab initio principatus Tiberii neque illum neque se hæredem reliquissent, ut ingrata rescidit, item cæterorum ut irrita & vana quoscunque* (quos) *quis diceret* hærede cæsare mori destinasse. Domitiani laudibus a SVETONIO f) accensetur, *quod relictas sibi hæreditates ab iis, quibus liberi erant, non receperit.* Quod de Augusto & Domitiano Suetonius hic memoriæ prodidit, SPARTIANVS de Hadriano refert. g)

§. XXII. Extra ambiguum itaque puto positum, per ea, quæ dicta sunt, naturalem simplicitatem sibi relictam testamentariam ignorare successionem & suadere, introductis iam dominiis, ut mortuorum bona proxima iunctis necessitudine cedant. Cumque sanguine coniunctorum tres sint classes, descendentium nempe, ascendentium, & collateralium, in uniuscuiusque harum classium succedendi fundamentum naturale est inquirendum. GROTIVS h) ad coniecturam confugit; *si quis voluntatis suæ nullam edidisset testationem, cum tamen credibile non esset, eius eum mentis fuisse, ut post mortem suam bona occupanti cederent, sequebatur, ut eius esse bona intelligerentur, cuius ea esse voluisse defunctum, maxime erat probabile.* *De-*

d) SVETONIVS in *vita eius* c. 66. e) lib. II. annall. c. 47.

f) In *vita eius* c. 9

g) V. plura in notis ad *Suet.* apud *Græv.* p. 410. L. ult. ff. de test. & 91. de hær. inst.

h) de I. B. & P. lib. II. c. VII. §. 3. Iunge VAN DER MVELEN in *paraphrasi* p. 261.

Defunctorum voluntatem intellexisse, inquit Plinius iunior, *pro iure est. Creditur autem indubio id quisque voluisse, quod æquissimum atque honestissimum est. In hoc autem genere prima est causa eius, quod debetur, proxima eius, quod etsi non debetur, officio congruit.* Negari non potest, naturali inclinationi nihil magis conveniens est, quam ut illi, qui se sanguinis nexu attingunt, sibi invicem bene cupiant, sibique bene facere velint i) Pater, qui sua manu filium sibi scripsit hæredem, *dulci officio functus* dicitur. Filium patri successorum *dulcem hæredem* IVVENALIS k) vocat. Permultæ apud GRVTERVM occurrunt inscriptiones, ubi parentes, filios carissimi amantissimi dulcissimi & desideratissimi elogio mactarunt, l) atque filias iisdem prosequuntur amoris indiciis. m) Nec non tituli a fratribus & sororibus sibi eodem vinculo iunctis scripti amantissimorum carissimorum dulcissimorum n) vocabula referunt. Parentes in epitaphiis a liberis dulcissimorum, pientissimorum, qui titulus in aliquibus etiam inscriptionibus filiis impertitur, incomparabilium

C ca-

i) BYNCKERSHOECK observat. iur. rom. lib. 1. c. 19.

k) *Satyra VI. v. 38 39.*

l) p. DXLII. 3. p. DCIV. 5. p. DCLXXIV. p. CCCVIII. 2. p. CCCCXIX. 8. p. CCCXLVIII 5. p. DCVI. 8. p. DCLXVII. 8. p. DCLXXXI. 2. p. DXCII 1. &c.

m) p. CCCLXXIV. 4. MCXXII. 12. DCLXII. 2. CXV. 3. CCCVIII. 2. DXXX. 2. DXXXII. 8. &c. GRVTERVS p. MCXXIII. 6. ex Borromæi schedis hanc affert inscriptionem:

D. M.
LARIÆ T. F.
SECVNDINÆ
PARENTES
ANIMÆ
DVLCI
POSVER.

n) p. DCCCIV. 3. DXVI. 6. DCXXII. 9. DXXIII. 2. DXXX. 7. DCCCXLVI. 5. 6.

cariſſimorum ſanctiſſimorum & indulgentiſſimorum elogiis fuerunt compellati. o) Neque officit, quod aliquando a naturali illa inclinatione diſcedatur; nam homines ſæpe ab eo, quod naturæ & rectæ rationi conſentaneum eſt, affectuum impetu in transverſum abripiuntur. Habent etiam optime concordes ſæpe irarum incitamenta: verum hac de re diſſerendum eſt, quatenus integra & non diſtorta aut imminuta ſunt caritatis vincula.

§. XXIII. Interim hic eſt quæſtio; an homines, iure naturæ ſuadente, propinquiori cognatione coniunctis potius, quæ poſt introducta dominia, habent, quam illis, cum quibus nulla plane neceſſitudine, aut ſaltim remotiori cohærent, relinquere teneantur, ſi iuſtam ab hoc præcepto diſcedendi non habeant cauſam? Neceſſitatis rationem Vir. illuſtr. BYNCKERSHOECK p) repetit ex conditione cognatorum; quoniam familia univerſitas quædam eſt, atque obinde ab ARISTOTELE aliisque reipublicæ comparatur. Huius familiæ communis ſtipes ſuæ Princeps familiæ eſt, caput eſt, ab eo autem deſcendentes ſunt membra & acceſſiones, quæ eodem ſanguine iunguntur. Huic doctrinæ illuſtrandæ inſerviunt, quæ habet ASPASIVS q) *Conſanguinea ac cognata amicitia multiformis ac varia eſt, ut patris erga filios, filiorum erga patrem, fratrum inter ſe, cæterorum denique qui cognatione coniuncti ſunt: ſed reliquæ omnes ab ea, quæ parentum eſt, originem habent. Maiorique eſt pater filio, quam filius patri, neceſſitudinis nexu coniunctus. Fratres autem inter ſe ſunt idem reſpectu parentum. Nam cum ſint idem cum parentibus, id*

eos

o) Vid. GRVTERI opus inſcript. p. DLVIII. 5. p. DCXCIX. 14. p. DCXCVII. 12. DCCXXIII. 2 DXXXVIII. 11. MCXXIX. 8 DCCXXV. 5. &c.

p) lib. II. c. I. *obſervat. iur. rom.*

q) Ad c. XII. lib. VIII. moral. Ariſtotel. p. 536. 537.

eos inter se quoque esse idem facit: nam quæ eidem sunt æqualia, ea inter se etiam esse æqualia necesse est; sunt enim ex eodem sanguine eademque radice: sanguis etenim & radix sibi proportione respondent. Nam quemadmodum rami, qui ab eadem radice omnes pullularunt: sic qui ab eodem parentum sanguine orti sunt, in eo sunt inter se similes & coniuncti, quod ab eodem sanguine extiterunt, quantumque ad originem unicam paternam attinet, ex qua dependent, idem cum patre sunt, licet distincti ac divisi corporibus fuerint. Patrueles seu consobrini, reliquique cognati, ut nepotes & pronepotes, coniunctionem inter se necessitudinemque habent, eo quod ex iisdem fratribus sunt procreati, ac dependent, e quibus magis propinqui illi sunt, qui ad generis auctorem magis accedunt.

Non possum tamen inficias ire, mihi circa hoc dogma subnatum esse dubium. Enim vero sanguinis illa coniunctio inter caput familiæ eiusque membra ut causa physica non videtur producere posse effectum moralem; nempe ut bona ab uno relicta ad proximiorem semper perveniant. Sanguinis namque nexus ex naturæ necessitate fluit, atque ita nullum inde alicui potest oriri ius, quod libertatem præsupponit, & fundamentum acquirendi morale. Hinc multis magis placet sententia PVFFENDORFFII, r) patriæ potestatis causam formalem alimentis, quæ pater præbet liberis, adscribentis, quam GROTII, qui eam in generatione ponit. s)

§. XXIV. Peculiarem quam HOBBESIVS, de origine iuris paterni in liberos, opinionem habet, vide apud eum *in libro de cive.* t) Sunt tamen in illa sententia, quæ censuram mereri videntur; nam matri partum exponere nefas

r) De I. N. & G. lib. VI. c. II. §. 4.
s) De I. B. & P. lib. II. c. V. t) C. IX §. II. seqq.

fas esse, multo minus illum, ex æquitatis præceptis, necare licere, docuit EICHEL. u) Jus naturæ conservationem & augmentum generis humani suadet, itaque expositionem & necationem partuum aversatur. Atque hæc vera est ratio, quod parentes liberos suos educent, non autem, ut HOBBESIVS ratiocinatur, qui evitent, ne filius adultus eorum sit hostis, sed ipsis obediat. Deinde dicunt petitionem esse principii, inæqualitatem virium inter marem & fœminam minorem esse, quam ut mas in fœminam imperium sine bello consequi possit. x)

§. XXV. Neque omnia Hobbesii, quæ huius sunt argumenti, iam excutere, propositi mei ratio patitur. Id saltem adhuc addendum, recte hæc huius autoris sese habere. *Quarto, si mulier se tradiderit in vitæ societatem, ea lege, ut imperium apud virum sit, qui nascitur ex ambobus, patris est, propter imperium in matrem. Sed si fœmina imperium habens, filios ex subdito susceperit, suscepti matris sunt.* Sic ex consensu quoque GROTIVS y) & PVFFENDORFF z) mariti in uxorem repetunt imperium. Loquuntur hi abstractive a verbo divino revelato. Videtur etiam Hobbesio accedendum, in statu naturali, ubi inter prolem procreantes nullum intercessisset pactum, ventris fructum ventri cessisse, & matrem partus, quem enitebatur, possessionem per se aut per obstetricem apprehendisse. Huic accedit, quod in statu naturali sciri non potuisset, cuius patris filius esset, nisi indicante matre. Addit Hobbesius, si quod forte pater ex procreatione in fœtu ius haberet, illud eum omne amittere, si ad alendum in utero materno con-

u) *De iure, quo naturaliter liberi & parentes* sibi invicem *sunt obstricti §. XVI. seqq.*
x) HORNIVS *de civitate lib. I. c. I. p. 91.* y) De I. B. & P. lib. II. c. V. §. 8.
z) De I. N. & G. lib. VI. c. I. §. 12.

no constitutum, mediante matre non concurrat, & a nato quoque alendo abstineat, quoniam tum iuri suo renunciasse, aut potius eo se indignum redidisse credatur.

§. XXVI. Securior aliis videtur doctrina, parentum in liberos imperium quodammodo ex generatione, potissimum autem ex alimentis profluxisse; causa enim physica, nempe generatio, præbet occasionem causæ morali, nempe grato animo, quem liberi parentibus etiam obinde debent, quod fecerunt, ut ex non entibus entia facta sint, aut ex entibus potentia vera & realia entia.

§. XXVII. Nos in unumquemque succedentium ordinem peculiariter inquiremus. Quod ad alimenta attinet, quæ a parentibus liberis sunt præbenda, GROTIVS *) putat, id oneris, iuxta iuris naturalis dictamen, parentibus incumbere, non ex iustitia particulari vel vulgari, sive, ut ille loquitur, expletrice, sed universali vel eminente aut attributrice, quæ vox itidem est GROTII. **) Apparet itaque, Grotium arbitrari, liberis a parentibus alimenta deberi non ex iustitiæ necessitate, sed ex officii honestate, sive ex præceptis honesti & decori, ex debito laxius sumto, quod honeste omitti nequit. Nos officium alendi liberos non ad aptitudinem, quam ARISTOTELES dignitatem, & eius interpres, MICHAEL EPHESIVS id quod convenit, vocat, ***) sed ad facultatem sive ius proprie ac stricte di-

*) De I. B. &. P. lib. II. c. VII. §. 4.

**) LEIBNITIVS *in præfat. ad lectorem codici iuris gentium diplomatico præmissa* Juris naturæ tres facit gradus, *ius strictum* in iustitia commutativa, *æquitatem* (vel angustiori vocis sensu caritatem) in iustitia distributiva, denique *pietatem* (vel probitatem) in iustitia universali. Verum omnes hi tres gradus perfectam habent obligationem, sed in concursu unius gradus maior est necessitas quam alterius. Maior est necessitas præcepti iusti, quam honesti & decori.

***) GROT. de I. B. & P. lib. I. c. I. §. VI. & VII. PVFFENDORFF de I. N. & G. lib. II. c. VI. §. 3. 4.

ctæ dictum referimus. Nam causa causæ est etiam causa causati. Parentes sunt causæ, quod liberi existant, & alimentis indigeant; itaque illos etiam alere debent, quam diu sibi ipsis alimenta procurare non possunt. Quod si enim hoc omitterent, ius quæsitum, quod liberi ex eo, quod ab ipsis geniti sunt, ad alimenta ab ipsis accipienda habent, læderent. Et quem in finem natura matri dedisset ubera? si non ideo factum, ut liberis alendis præberi possent. Hinc peccant, quæ, ad nutriendos suos natos sufficientes, a lactitatione abstinent, Vid. quæ PHAVORINVS *) loquitur. Summæ Germanorum uxoribus dicitur laudi, quæ TACITVS **) de iis habet. *Sua quemque*, inquit, *mater uberibus alit, nec ancillis aut nutricibus delegantur*. Aliud argumentum desumunt a voluntate creatoris, ***) homines ita in mundum prodire volentis, ut in tenera ætate constituti alimenta ab aliis expectare debeant. Atque ita per consequens Deum voluisse, aiunt, ut ab iis, qui ipsis causa physica sunt, tanquam proximiori vinculo iunctis alerentur; sine alimentis enim in vivis conservari non possent, Deus autem generandi potentiam indidit, ut essent, qui per sui durationem generis humani conservationem iuvarent. Esset autem contra ius naturæ stricte dictum, summi creatoris placito obtemperare nolle; læderetur enim eius ius universale in homines, & quæ eorum sunt. Adminiculans quoque est argumentum, quod, cum bruta ex naturali inclinatione sive primorum naturæ *,*) ductu prolem suam alant, multo magis illud ab hominibus, qui ratione præditi sunt, fieri debere. Omnia, quæ GROTIVS *) vete-

*) *Apud* GELLIVM lib. XII. c. I. **) *In Germania* c. 20.
***) Vid. EICHEL *de iure, quo naturaliter parentes & liberi sibi invicem sunt obstricti*. §. 26. *,*) GROTIVS de I. B. & P. *in Prolegom.* & lib. I. c. 2.
*) *Lib. II. cap. VII.* §. 4.

veterum conglomeravit loca, iuris necessitati alimenta, quæ parentes liberis præstare tenentur, tribuere videntur. De præceptis honesti & decori nullum plane est dubium, quin ex iis liberis debeantur alimenta; inhonestum enim esset, & in officium erga se ipsum peccare, si parentes liberos, utpote partes suas, macie contabescere, squalore confici, & inedia perire finerent. Quod autem ad præcepta decori attinet, nihil certius est, quam parentes, si liberorum locum haberent, velle, ut sibi a liberis, qui parentum vices sortiti, alimenta subministrarentur. Denique ius naturæ, quod societates civiles introductas præsupponit, sive ius gentium requirit, ut humani generis surculi, qui sibi ipsis alimenta expedire nequeunt, in futura rerumpublicarum membra, ab aliis alantur; Verum æquitate suadente nutriendi a nullo magis quam ab iis, quibus proximiore vinculo sunt addicti, & in quorum inprimis utilitatem eorum educatio vergit, id officii exigere possunt. *)

§. XXVIII. Cumque ipsa naturalis æquitas parentibus, ut liberos alant, iniungat, nefas est, illos exponere aut vita privare, etiamsi aliquid monstrosi habeant, aut notabiliori aliquo corporis defectu laborent. Sufficit enim, tales ex illis natos esse parentibus. Hinc multum ex iniquo habuit Romuli constitutio, quam DIONYSIUS HALICARNASSEUS a) sequentibus enarrat verbis: *primum necessitatem colonis imposuit educandi, quicquid esset masculum, & e filiabus primogenitas: nullam autem prolem necari permisit maiorem triennio, nisi aliquid mutilum aut monstrosum in ipso partu esset editum, tales enim fœtus a parentibus exponi non vetu-*

*) Vid PUFFENDORF *de I. N. & G lib. IV. c. XI. & van der* MUELEN *ad lib. II. c. VII. §. IV.* GROT. de I. B. & P.

a) Lib. II. c. XV. p. 86. *antiquit. roman.*

vetuit, sed ostensos prius quinque viris e vicinia proximis. Naturali iuri multo magis se maiores nostri conformes gesserunt, quoniam numerum liberorum finire, aut quemquam ex agnatis necare, flagitium habebatur. b) Tendit huc mos, qui AELIANO teste, apud Thebanos valebat: *ne cui Thebanae liceat, infantem exponere, vel in solitudinem abiicere, capitis poena apposita; iubens quoque parentes in extrema necessitate positos, filios potius ad magistratum cum fasciis deferre, qui eos ali curarent.*

§. XXIX. Ex necessitate itaque aut honestate, ut GROTIVS c) loquitur, alendi liberos, quae parentes tenet, derivat ille ius eos oppignorandi, aut vendendi, si alia ipsis alimenta praebendi non suppetant media. Manet tamen semper imperium, quod Deus patri in filium dedit. Movet FELDENVS d) circa parentum facultatem oppignorandi & vendendi liberos dubium, quod scilicet oppignorari & vendi non possit, quod aestimari nequit. Fatendum sane, GRASWINCKELIVM, e) uti alibi, sic etiam hic admodum male Feldeno respondere; ita ut cum hoc dicendum videatur, percipi non posse, quae Graswinkelius subiiciat. Interim puto, responsionem ad Feldeni obiectionem faciendam, in promtu esse; scilicet, tempore necessitatis eiusmodi, filium illo oppignorandum aut vendendum esse pretio, quo venire potest.

§. XXX. Spurios, ex iuris naturalis dictamine, alendos, extra ambiguum omnino positum. In statu naturali enim, si pactis coniugalis non esset stabilita societas, f) nec stupra nec fornicatio nec adulteria committi potue-

---

b) TACITVS *in Germ. c. XIX.* c) De *I. B & P. lib. II c. V. § 5.*
d) *in annot. ad Grot. p. 163.* e) *in strictturis ad censuram Feldeni p. 118.*
f) Ad coniugium status naturalis pertinent, quae GROTIVS lib. II. de I. B. & P. c. V.

potuerunt. Itaque natura sibi relicta eo magis omnem ali vult prolem, etiam monstrosam, quoniam hæc non desinit ad illos spectare parentes, ex quibus nata. Quod ad incestuosum partum attinet, eum ius naturæ, quoad præcepta honesti g) non ignorat, quoad præcepta iusti autem arduum est, ex lumine naturæ, etiam inter ascendentes & descendentes incestum demonstrare. h) Quodcunque enim primum iuris naturæ principium cognoscendi facias, sive custodiam societatis, sive socialitatem, sive philautiam, sive tranquillitatem, sive id quod hominis vitam longævam & felicem facit: certum est, cum omnibus hisce principiis coniugia inter ascendentes & descendentes stare posse. An Grotii ratio, coniugia inter ascendentes & descendentes iure naturali esse prohibita: quoniam *nec maritus, qui superior est lege matrimonii, eam reverentiam potest præstare matri, quam natura exigit; nec patri filia, quæ quanquam inferior est in matrimonio, ipsum tamen matrimonium talem inducit societatem, quæ illius necessitudinis reverentiam excludit* i) præ ista *Plutarchi* k) *&* *Augustini* l) de latius spargendis affinitatibus, valeat, aliis discutiendum relinquam. m)

Alii

P. c. V. §. VIII. n. 2 habet *Coniugium igitur naturaliter esse existimamus talem cohabitationem maris cum fœmina, quæ fœminam quasi constituat sub oculis & custodia maris; nam tale consortium & in mutis animantibus quibusdam videre est. In homine vero, quia animans est utens ratione, ad hoc accessit fides, qua se fœmina mari adstringit.* Adde PVFFENDORF de I. N. & G. *lib. VI. c. I § 9 18.* & THOMASIVM *in iurisprudentia divina lib III. c. 2 § 99. seqq. nec non in fundamentis iuris natur. & gent. lib. III. c. 2. p 253.* g) MEVIVS *in nu leo iuris natura p 76.*

h) GROT. de I. B & P. *lib. II. c V § 12* PVFFENDORF de I. N. & G. *lib. VI. c. I. § 31* THOMASIVS *in iurisprud. div.* lib III. c 2. §. 221.

i) *l. c. §. XII n. 2.* k) *in quæstion. rom.*

l) *De civit. Dei lib. XV. c. 16.* Hanc rationem refutat GROT. l. c. Nam id quod est minus utile, non statim & illicitum est.

m) Examinat Grotii rationem THOMASIVS *in iurispr. div. lib. III. c. 2. §. 231.*

Alii confugiunt ad abhorrentiam humanorum affectuum, quos refutat PVFFENDORFF. n) Alii pudorem naturalem cum VELTHVYSIO, illa matrimonia impedire, dicunt: Sed habet Thomasius, quæ pudori naturali, ut prohibitionis matrimoniorum in linea recta causæ, opponat. o) Concedit tamen hic p) *incestum lineæ rectæ tam in consanguinitate quam affinitate repugnare iisdem regulis honesti & decori*, quas opposuit q) libidini in genere. *Sed quod incestum in linea collaterali attinet, addit, uti valde cavendum est in omnibus societatibus, ne personæ*, r) *quæ quotidie conversantur a tenera iuventute secum invicem, spe matrimonii liciti irritentur ad concubitus libidinosos &c. At quod fratres & sorores attinet, merito habetur hæc coniunctio pro incestu iuris gentium;* s) *quia apud omnes gentes fratres & sorores simul educantur.* Nullum sane dubium est, quin nihil turpius, nihil inhonestius sit, nihilque magis dignitatem humanam lædat, quam fœda libido, quæ animum & corpus destruit. t)

§. XXXI. Levitici XVIII. prohibitorum graduum, quibus exterminium gentium tribuitur, moralitatem, quam vocant, aliqui ex lege positiva universali, sive præceptis

---

n) De I. N. & G. *lib. VI. c. I. §. 28.* Iunge *van der* MVELEN ad GROT. *lib. II. c. V §. 12. p. 209.*

o) *De naturali pudore & dignitate hominis p. 29. seqq. & de Principiis iusti & decori p. 981. seqq.*

p) *Fundament* I. N. & G. *lib. III. c. II. p. 296.*

q) *l. c. § 6.*

r) GROT. de I. B. & P. *lib. II. c. V. §. 13.*

s) *Diodorus Siculus* morem, quod fratres sororibus, iungi nequeant, vocat Κοινὸν ἔθος τῶν ἀνθρώπων.

t) Conf. VELTHVYSEN *de scortat. in tract. de pudore naturali* p. 53. seqq. & *in tractatu de principiis iusti.* THOMASIVS *in fundam. iur. nat. & gent. lib. III. c. 2. n. 6.* & BEVERLAND *de fornicat. cavenda.*

ceptis Noachidarum arcessunt. u) Sunt ICti x) æque ac Theologi, qui toti isti capiti decimo octavo ex illa lege moralitatem inductam esse tradunt: Verum enim vero illa lex positiva universalis multum sane habebat dubii; cum de revelatione eius universali non constet, y) & quæ ad eam referuntur, aut sunt iuris naturæ universaliter talis, aut iuris positivi particularis.

§. XXXII. Sed, omisso hoc diverticulo, in viam redibimus. Non diutius liberis a parentibus alimenta debentur, quam usque dum sibi ipsis de iis prospicere queant. Imo si hostilem & refractarium in parentes sumerent animum, ante illud etiam tempus, ab alimentis excludi posse, videntur; quoniam hostis mihi ex iuris naturalis rigore pro nullo habetur, ei autem, qui nobis pro nullo habetur, ad aliquid obligati esse non possumus. Atque tunc non mutatur ius naturæ, sed obiectum eius: z) liberi enim se transformant in hostes. a) Hoc tamen

ex

u) GROTIUS de I. B. & P. *lib. I. c. I § 15 lib. II. c. V. §. 13. & ad h. §.* TESMARUS *in notis p. 295. 296.* SELDEN *de iur. natura & gent. iuxta disciplinam Hebræor. lib. V. c XI. p 620. seqq & in uxore ebraica lib. I. c. I.*

x) ZIEGLER ad GROTII *lib. II. c V. p. 177.* Ab horum sententia discedit LYNCKER *resp. VI.* cum aliis, a NIEMEIERO in *differt. de coniug.* citat.

y) Vid. illustr. L. B. de COCCEII *in iur. controv. tit. de iusti & iur. quæst. VI.* Disputat. contra hanc legem etiam THOMASIUS, qui olim eam fovebat, *in fundamentis I. N & G.* & arbitratur, ea quæ huic iuri tribuuntur, a præceptis iusti naturalis distincta, commode ad præcepta honesti aut decori naturalis referri posse.

z) GROT. de *I B. & P lib. I. c. 1. §. 10. n. 5.* MEVIUS in nucleo iuris naturæ & gent. inspect. II. §. 41. n. 2 p. 116. Expirat obligatio, quando persona statum, in quo unice obligatio fundabatur, mutaverit. PUFFENDORFF in elem. iurisprud. lib I. definiti XII. §. 49.

a) Hinc GROTIUS *lib. II de I. B. & P. c. VII § 25.* contendit, licet pater in regno patrimoniali, quale dari, asserit, filium exheredare queat, eum tamen ipsi alimenta subtrahere non posse, nisi filius crimen morte dignum commiserit, aut alioqui graviter in patrem peccaverit.

ex præceptis iusti tantum obtinere videtur; ex præceptis decori autem, quæ misericordiam, hosti etiam non denegandam, suadent, tunc saltem vitæ conservandæ media liberis subtrahi posse videntur, si crimen morte dignum commiserint. Porro parentes liberos alere non tenentur, si inde ipsis inedia pereundum esset, nam fortior est obligatio officii erga se ipsum, quam erga liberos. b)

§. XXXIII. Sed quid de reliquis parentum bonis dicendum; numne & hæc, parentibus exstinctis, ad liberos, ex iuris naturalis, quod introducta dominia præsupponit, necessitate pervenire debent? FELDENUS c) affirmativam sententiam sequenti probare nititur syllogismo:

Quorum causa bona omnia acquisita sunt iure naturæ, iis post mortem acquirentis eodem iure debentur.

Liberorum gratia bona paterna sunt acquisita, PAUL. 2. Corinth. c. 2. v. 14. adeo ut viventibus adhuc patribus quodammodo domini paternorum bonorum existant l. 11. de liber. & posthum. Ergo &c.

Verum maior & minor huius syllogismi claudicant. Nam non sequitur: parentes liberorum gratia bona compararunt, igitur facultate ea aliis, quam liberis relinquendi destituuntur, ita ut, si hoc faciant, eorum factum sit irritum. Etenim non omnia, quæ iuri naturæ repugnant, id est, præceptis honesti & decori adversantur, irrita sunt iuræ naturæ, sed ea demum, in quibus deest principium dans validitatem actui, aut in quibus vitium durat in effectu. d)

Quod ad minorem attinet, probationes, quæ ipsi propositioni sunt insertæ, desumtæ aut ex fictione iuris civi-

b) Vid. HERT. & RYNCK de collis. LL. natural.
c) In annotat. ad Grot. *lib. II. c. VII. p. 205.*
d) GROT. *de I. B. & P. lib. II. c. V. §. 5.* PUFENDORFF. *lib. I. c. 5.*

civilis de suis hæredibus, aut ex sacro codice quod nempe, monente Paulo, non liberi parentibus, sed hi illis thesauros colligere debeant, utrumque iuris naturalis sibi relicti præcepta iusti ignorant. Neque ea, quæ in probatione minoris habet, huius iuris necessitatem inducere possunt; non enim consequens recte in hisce se habet, quoniam *liberi pars quædam patris & prudentia eiusdem reguntur*, igitur bona paterna eorum gratia sunt. Nam quod sint quasi partes parentum, causam physicam sapit, quæ in se effectum moralem progignere non potest; neque nexum habet necessarium: hic illius prudentia regitur, igitur ei ab hoc bona relinqui debent. Potius subsumendum esset, quia liberi parentum prudentia recti sunt, propterea, in tesseram grati animi, eis a liberis, ante parentes decedentibus, si quæ habent, relinquenda essent.

§. XXXIV. Mihi videntur, ut liberi post mortem parentum bona eorum habeant, præcepta iusti naturalis quodammodo imperare. Nam parentes cupiunt per liberos, per omnem usque posteritatem, per generationum seriem, in vivis quasi conservari & pro statu, in quo hodie vivimus, nomen stemmaque ab interitu vindicari. Itaque si hoc fecerint liberi, vel facturi sint, iniquum esset, & in regulis iusti, ex quibus nemo in iure suo, ex aliqua causa iure naturali probata, orto lædendus est, peccans, si eos parentes bonis suis privare vellent. Neque enim in filiis tantum & ex iis descendentibus paternum nomen & stirps maternaque memoria conservatur: Sed quodammodo etiam in filiabus & earum posteritate memoria patris & matris superstes est. Deinde liberi sub imperio parentum constituti imperata eorum facere, & operas sæpe præstare tenentur, quod ad obligationem ad ἀντιδωρα vergit.

§. XXXV. Quod bona parentum, ex præceptis honesti & decori iuris naturalis hypothetici, ad liberos transmitti debeant, minus habet dubii; nam quid magis dedecori esse posset parentibus? quam liberos suos, ex quo illi inter mortales esse desierint, cum contemnenda conflictari paupertate, aut ambesam saltem habere fortunam; bona autem eorum peregrinorum consulere rebus. Deinde quis sanæ mentis crederet, parentes, si filiorum loco essent, probaturos, si hi, qui parentum haberent sortem, bona, quæ habent reliqua, non illis, sed extraneis tribuerent.

§. XXXVI. Quid autem in liberis extra legitimum & solemnem thorum procreatis obtineat, itidem in lite est. Ius naturale sibi relictum, nullisque suffultum pactis different iam inter legitimos & illegitimos ignorare, probabile esse, supra docui. Hinc HORNIUS e) opinatur, nihil deprehendi, quod ad sustinendum imperium inhabiles reddat vulgo quæsitos & naturales. Macula, quæ matrem ex prostituta pudicitia afficit, ex æquitatis regulis, ad filios transmitti non potest, & multa exstant exempla rerum a nothis præclare gestarum. Citare liceat Iohannem Austriacum, Caroli V. filium naturalem, f) & alterum Ioh. Austriacum, quem Calderona pellex Philippo III. Hispaniæ regi peperit. Germania suis annumerat Imperatoribus Arnulphum, Carolomanni filium naturalem. g) Gallia h) olim ex illegitimo thoro natos, non sprevit. Nor-

e) De civitate *lib. II. c. IX. §. 17.* ubi ad argumenta contraria respondet.

f) STRADA *de bello belgico decad.* I. I, 9. 10. ANT. MAR. GRATIAN *de bell. cypr. passim.*

g) HUNDIUS *in metropoli Salisburgensi* tom. III. p. 63. Annal. metens. ad ann. 880. & REGINO *ad h. a. chr.* p. 58.

h) In Gallia olim filios naturales cum legitimis admissos. LIMNÆUS *in notitia regn. Franc.* lib. I p. 200. docet. Adde TILLETUM au recueil des Rois de France *p. 206.* & THOLOSAN. *de republ.* lib. VII. c. 8. n. 4.

Normanni Guilielmum, ex occupata deinde Anglia conquæstorem dictum, Roberti Ducis ex Arletta nothum, i) ducem habuerunt. Inter Galliæ reges habentur Ludovicus & Carolomannus, Ludovici Balbi filii, qui Galliæ scriptoribus illegitimorum liberorum nomine veniunt. k) Primæ stirpis Theodoricum, Clodovæi filium naturalem, Austrasiæ regem factum, Francorum annales & historiæ testantur. l) Nec Hispanica nec Portugallica sceptra extra solenne matrimonium natos respuerunt. Imo hodie quoque in Lusitaniæ regno spem filiis naturalibus succedendi non esse ereptam tradunt. m)

§. XXXVII. Quicquid igitur hic adest prohibitionis, ex moribus regionum petendum est. Neque Grotii ratiocinium n) multum habet roboris: *eos ad contemtum patere, quorum matrem pater iusto coniugio dignatus non est, & præterea, quia minus certi habentur: & in regnis expedit populo, haberi maximam certitudinem, quæ haberi potest ad vitandas controversias.*

§. XXXVIII. An autem a Successione in regnis & principatibus ex subsequenti matrimonio aut voluntate supe-

---

i) Introduction à l' histoire d' Angleterre par Temple *p 85.*

k) Hi ex Ansgarda, invito patre Carolo Calvo, Ludovico Balbo nupta & deinde repudiata, nati erant. Voila, inquit MEZERAI abregé chronologique *tom. I p. 255.* pourquoi quelques Histoirens ont dit, que ces deux Princes etoient batards. FAVYN *liv. 3.* du theatre d' honneur *p 5;6.* ab Hugone, Capeto filiis naturalibus ius succedendi esse ademtum affirmat. Verum LOYSEAV des ordres ch. VII, n. 87. id successoribus eius adscribit.

l) L' etat des affaires de France par GIRARD. *liv. III. p. 233* BVSSIER in hist. Franc. *lib. I. p. 47.* de Clodovæi filiis hæc habet: li quatuor melioris sexus, filia una deterioris, nati omnes ex Clotilde, dilectissima coniuge, præter Theodoricum, qui ex concubina.

m) GVNDLINGS Discours über den ietzigen Zustand der Europäischen Staaten *tom. I. pag. 459.*

n) De I. B. & P. *lib. II. c. XII. §. 16.*

ſuperioris legitimati per patriæ legem, legitimis natalibus deſtitutos a ſucceſſione arcentem, excludantur, in controverſia eſt. Ego illud affirmandum eſſe reor; niſi expreſſe inter legitimos ſucceſſores ſint admiſſi; leges enim fundamentales ſive pacta conventa interpretanda ſunt, iuxta æquæ interpretationis regulas ſecundum proprietatem verborum, a qua ſine neceſſitate, id eſt, quando ex ſimplici interpretatione non ſequitur abſurdum, non eſt recedendum. o) Atque ita puto, minus recte Ludovicum XIV. Galliæ Regem conſtituiſſe, ut filii ſui naturales legitime regiæ prolis numero eſſent; illud enim Galliæ legibus fundamentalibus repugnabat.

§. XXXIX. Sed cum illis, qui ex impari matrimonio nati ſunt, aliter ſe res habet. Totius fere Europæ moribus filii ſequuntur dignitatem patris & matrimonium cum imparis conditionis fœmina, honeſta tamen, initum pro matrimonio omnimode perfecto habetur, modo rite ſit contractum. Non apparet itaque, quare non ex hoc matrimonio nati filii in dignitatem & bona patris ſuccedere poſſent. p) Cum natis ex impari matrimonio tamen non ſunt confundendi ex coniugio ad morganaticam q) progeniti; hi enim ob pactum inter eorum patrem & matrem initum nec dignitatem nec bona patris ſequuntur, ſed cum vitæ & educationis, quæ ipſis a patre tribuun-

o) Aliter aſſerit autor reſponſi apud THOMASIUM *part. III.* von den Juriſtiſchen Händeln *p. 112. ſeqq.* per rationes ex iure privato & allegatis doctorum deſumtas.

p) Vid. FELTMANN de impari matrimonio, SALMUTH in reſponſo pro matrimonio principis cum virgine nobili, qui tamen multa allotria admiſcet; COCCEIUS *de coniugio inæquali perſonarum illuſtrium.* MYLERUS ab EHRENBACH *in gamologia* c. V. §. 7.

q) MYLERUS ab EHRENBACH *in gamologia* c. VI. FELTMANN *de impari matrimonio* part. II. p. 219. ſeqq.

buuntur, subsidiis contenti esse debent. Atque talia pacta reipublicæ utilitas & cuiusque familiæ commodum aliquando sustinent.

§. XL. Sexus masculini & fœminini differentiam quoad successionem in bonis parentum ius naturæ non agnoscit. Ponamus casum, sexum masculinum fœminino esse nobiliorem; inde tamen nulla sexui masculino in successione præ sexu fœminino prærogativa competit. Nam sexus masculini qualitas est causa physica, & sic in se prærogativam præ fœminino, ut pote effectum moralem, producere non potest. Nemo enim sibi sortem nascendi dare potest, aut causa est, quod hunc & non alium habeat sexum. Itaque sexus, ex naturæ dispositione, nullius ius melius aut deterius reddere potest. Omnis prærogativa sexus unius præ alio a lege aut voluntate superioris est, vel a pacto: ast prærogativa sexus masculini in successione bonorum ex lege naturali non est, quia nullum principium iure naturæ notum est, unde hoc cognosci queat. Differentia sexus nullam aliam habet rationem, quam propagationem generis humani: verum ad hanc uterque sexus æqualiter concurrit, & magis forte fœmina quam masculus. Ponamus, maiores esse sexus masculini præ sequiori animi dotes, & corporis robur, quod tamen sine magnis dubitandi rationibus non est: Attamen obinde ipsi ius ad opimiorem successionem enasci nequit, siquidem dotes illæ opimiori hæreditate non indigent, sed paucioribus contentæ esse possunt. Vnicum superest, quod prærogativam quandam marium præ fœminis in successione bonorum a parentibus relictorum naturaliter, præsupposito hodierno rerum statu, suppeditare videtur; nempe maior grati animi obligatio, quæ in parentes cadit ratione filiorum, quam in fœminas,

quia non hæ ſed illi familiam & nomen patris conſervant, memoriamque parentum magis ad poſteros transmittunt, atque ad auxiliatrices parentibus præbendas manus, aptiores videntur. Præcipua itaque ſexus maſculini præ fœminino in ſucceſſione differentia eſt ex lege poſitiva, aut ex pacto. Inſtas: quod ſi itaque inter mares & fœminas ex naturali iure, ratione ſucceſſionis in bonis parentum nulla eſt differentia, nulla iure civili in eo induci potuit mutatio quoniam ius naturæ eſt immutabile: verum reſpondeo, non tanta eſt huius æqualitatis neceſſitas præceptiva, ut inde per pacta aut voluntatem principis, poſt introductas ſocietates civiles, ſi ſalus reipublicæ aut utilitas hoc requirit, diſcedi non poſſit; quilibet enim iuri, quod circa bona habet, renunciare poteſt; modo alimentis ad vitæ ſuſtentationem & membrorum conſervationem neceſſariis, nihil inde decedat; nam homo in vitam ſuam & membra non habet ius.

§. XLI. Aſt dicis: ad rerum publicarum tamen regimen, ipſa natura docente, ſexus maſculinus fœminino aptior eſt; & ſic a rerumpublicarum gubernaculis fœminæ ſemper ſunt excludendæ: Sed videtur non procul a petitione principii abeſſe, maſculis in genere maiores præ fœminis, ad regendas reſpublicas, ineſſe animi vires. Quis ignorat Eliſabethas, Annas, Catharinas? ut alia remotioris vetuſtatis aut medii vel recentioris ævi auguſta ex ſequiori ſexu regentium ſileam nomina. Neque Auguſtus Liviæ deſpicere ſolebat conſilia, & quæ ſubtiliſſima dominationis arcana credimus, a fœminis ſæpe ſunt ſuggeſta. Quicquid igitur hic eſt diverſitatis, id ex legibus regnorum & principatuum fundamentalibus & pactis conventis, prout ſucceſſio agnatica aut cognatica placuit, eſt repetendum.

§. XLII.

§. XLII. Porro natura sibi relicta ius primogenituræ ignorat. Enim vero nemo sibi prioris aut posterioris nativitatis causa est, nemini etiam ex priori aut posteriori nativitate pinguius aut deterius ius oriri potest. Imo prior nativitas ut causa physica in se ad effectum moralem progenerandum est inidonea. Aliqua forte differentiæ ratio inter priores & posteriores natu inde repetenda est, quod plus auxilii a maioribus, quam a minoribus natu parentes expectare possunt: Verum hoc non illum habere potest effectum, ut maxima bonorum pars penes primogenitum manere debeat; & dicendum forte, minores maiori dignos esse caritate & misericordia parentum. Sed quomodocunque hæc sese habeant, æqualitas inter liberos, suadente iure naturali, observanda, non tantæ necessitatis est, ut nullo modo ab ea, pacto, aut summæ potestatis civilis placito, quod tacitum eorum, qui sub eius sunt imperio, præsupponit consensum, ut omne, quod ex re reipublicæ esse creditur, in medium consuli & statui debeat, discedi possit. r) Quod si enim hoc non esset, omnis imperantium & parentium nexus & ratio corrueret. Sufficit, minoribus natu vitæ non deesse subsidia. Gentium itaque, societates civiles constituentium, communi sponsione factum, & familiarum illustrium pactis stabilitum, ut ad integritatem, robur & splendorem familiarum & ipsarum rerum publicarum conservandum primogeniti in terris & bonis immobilibus, si non omnibus, plerisque tamen soli succederent, s)

 post-

r) GROT. *de I. B. & P. lib. II. c. VII. §. XVIII.*

s) GROT. *de I. B. & P. lib. II. c. VII. §. XI.* Multarum Germaniæ augustarum & illustrium Domuum primogenituræ pacta Dn. de LUDOLPH introduct. de iure primogenit. adiecit. Sunt tamen domus, in quibus ius primo-

post-genitis appanagio t) paragio, aut portione alimentaria relicta.

§. XLIII. Notabilis hic sese ventilanda offert quaestio, an in regnis, ubi ius primogeniturae est introductum, filius ante regnum acceptum natus, primogeniti iure, intuitu potiundi regni, frui queat? Ubi affirmativa sententia omnino verior videtur; quoniam, si nullus filius durante regno natus, ante regnum natus haud dubie succederet, & si regnum esset dividuum, in eius veniret partem. u) *Ita in hac successione publica*, inquit VAN DER MUELEN, x) *non attenditur dignitas adveniens sed qualitas, ut dicam, in haerens ossibus successoris, ex sanguinis iure profluens: id est, non consideratur, an quis sit filius natus tempore acquisitae dignitatis sed an legitimo modo natus, ab eo patre, cui regnum delatum, quippe non succeditur ratione dignitatis, sed iure naturae ad successionem parentum vocantur.* Iniquum itaque admodum fuisset, si Henricus fratri Ottoni I. in Germaniae regno fuisset praelatus. y)

§. XLIV. Ut iam ad successionem ascendentium veniamus, retributio ipsis & grati animi officium a liberis & aliis descendentibus, z) quibus vitam educationem & bona

---

primogenit. non obtinet, aut aliquid tantum dubii habet. Vide deduct. Mecklenburg. in puncto iuris primogeniturae. Adde MYLERUM de principibus & statibus imperii *Part. I. c. XXI. §. 3. seqq.* PFEFFINGER *ad Vitriar. I. P. tom. III. p. 379.* ubi multi alii citantur autores, qui de hoc argumento aliquid literis mandarunt. De iure primogeniturae in Galliam introducto agit LIMNAEUS in notitia regni Franciae *p. 207. seqq.*

t) De appanagio & paragio conf. SPRINGSFELD, SCHILTER, HERT, MYLERUS, *l. c. c. XXII.* COCCEIUS *in iur. publ. c. XXVII.* BERGER *Conringiana tom. II. p. 114. 305. 506.* & de portione alimentaria RHETII differt.

u) GROT. *de I. B. & P. lib. II. c. VII. §. XXVIII.* x) Ad GROT. *l. c.*

y) Perplures diiudicabant, Henricum regno potiri debere, quia natus esset in aula regali. Auctor vitae MATHILDIS *c. 2. p. 197.*

z) BOECLERI differtat. cui titulus, actio ingrati.

bona aut immediate aut mediate largiti sunt, debetur. Imo gratus animus, quem parentibus exhibere debent liberi, quod ab ipsis factum, ut entia esse cœperint, & per alimenta ab interitu conservati & per educationem ad idonea reipublicæ membra formati, ad præcepta iusti referri posse videtur. Et ex æquæ præsumtionis lege, quam æquitas naturalis præcipit, arcessendum, quod si illo tempore, quo parentum bona ad liberos perveniunt, ex parentibus quæsitum, anne vellent, ut, si liberi absque descendentibus denascerentur, bona ad se redirent, haud dubie ab ipsis affirmativa responsio ederetur. Quid in contemtum & dedecus descendentium magis vergere posset, eorumque famæ magis nocere, quam parentes miseriæ, & rei angustæ obiicere, ubi ipsis per filiorum bona consuli posset. Ex hoc deinde fluit, quod bona ad illos parentes, quorum olim erant, redire debeant. Sed hoc ad paterna & materna a vitaque spectat bona; noviter enim quæsita, absque omni distinctione, ad utrumque parentem & illos, a quibus hi descendunt, pertinere videntur; in primis, si per bona, quæ a parentibus habent, acquisita illa adipiscendi ipsis occasio data. Non itaque GROTIO a) accedendum puto, qui in bonis noviter quæsitis indistincte fratribus sororibus & ex iis natis potiorem deberi locum, statuere videtur. Assertum tamen Grotii admittendum erit, si fratrum ope aut consilio noviter illa quæsita obtenta sint, aut alio modo a fratribus in ipsos beneficia aut officia sint collata; tunc enim gratitudinis, quam vocant, obligatio requirit, ut bona, si non omnia, saltim aliqua ad fratres devolvantur. Porro ex honesti & decori regulis frater fratri eiusque liberis inopia pressis subvenire velle credendus, si ascendentes desint, eadem necessitate laborantes, aut bona utrisque sufficiant. §. XLV.

a) *De I. B. & P. lib. II. c. VII. §. 9.*

§. XLV. Quod ad collateralium successionem attinet, non ita in aperto est, ex quo iuris naturalis fundamento hæc repetenda. Fateor mihi sequentia Feldeni b) placere: *per naturam autem in singulis filiis pater repræsentatur, & cum singuli in solidum familiæ imperare nequeant, sed pro parte: singulis pro numero fratrum portio quædam familiæ decedit. Estque ita alter alteri impedimento, quo minus singuli solidam hæreditatem consequantur. His positis, necesse est, sine liberis decedente quopiam, hæreditatem eius eos consequi, quibus propter defunctum aliqua portio decessit. Nam quo posito cogor aliqua re carere, eo sublato res ad me redit.* SCHARROCKIVS c) confugit ad amicitiam, quæ est inter fratres, quam ad beneficentiam, obstringere dicit. Rem nihil habere dubii existimo, si fratris in fratrem existent bene merita. Deinde ex honesti & decori regulis hoc officium in fratres elicere, minus difficile est. Inhonestum est, fratri non ferri suppetias a fratre, ubi hoc commode fieri potest. Et quis crederet, fratrem, qui beneficia facere potest, si fratis, qui beneficiis indiget, loco esset, non inprimis a fratre, sibi tam propinquo sanguinis nexu iuncto, & eiusdem familiæ secum membro, vitæ subsidia & charitatis expectare.

§. XLVI. An autem, si inter collaterales diversi gradus personæ concurrant, ex iuris naturalis dictamine, iuri repræsentationis in locum defuncti, locus sit, dubitationi obnoxium. Mortuorum enim nullum est ius, & sic etiam nihil iuris ab eo ad alios transmitti posse videtur. Verum enim vero non apparet, quare non hic æque, ac in descendentibus ius repræsentationis aut transmissionis locum habere debeat. Si frater ex amicitiæ præceptis aut alia

b) *In annotat. ad* GROTIVM *p. 212.* c) *De officiis c. IX. p. 418.*

lia ratione iuxta iuris naturalis consilia fratri, si descendentes aut ascendentes d) non sunt, bona relinquere obligatur, non apparet ratio, quare fratrum filii vel nepotes ab ista beneficentia sint excludendi. Immo illi, quibus parentes immatura morte abrepti sunt, maiori digni sunt misericordia & benignitate. Et afflictis esset addere afflictionem, si iis, quæ per parentes accepturi fuissent, iis magno eorum malo mortuis, carere deberent. Itaque displicet mihi valde hoc FELDENI e) dogma: *Cæterorum præter fratres & sorores cognatorum amicitia, quatenus ex identitate sanguinis est, eo remissior est, quo magis a principio generis absunt. Quo magis enim absunt a principio seu stipite, eo minor identitas sentitur, præsertim si stipitem non norint. Nam cognitio stipitis est perceptio identitatis.* Et alterum: *Amicitia cognatorum plerumque finitur in consobrinis. Sunt enim consobrini generaliter loquendo, qui eundem avum eandemque aviam habent. Unde amicitia, quæ ex identitate sanguinis oritur, in his finiri solet, quia contingit hominibus avum & aviam seu ex patre seu ex matre nosse: ulterius rarissime datur.* Totum harum doctrinarum fundamentum in eo consistit, quod maior ex identitate amicitia sit, ubi commune noscitur principium. Verum lubricum hoc admodum est fundamentum, quoniam pauci consobrini noscunt communem avum; deinde ista notitia non consistit in scientia, sed in fide, quam etiam habere

d) Minor est, inquit FELDENVS *Part. III. iur. univers. c. I. art. 2.* fratrum sororumve benevolentia invicem quam parentum & liberorum. Nam identitas fratrum & sororum minor est, quam parentum & liberorum concipiuntur; namque duo fratres idem, quia cum uno patre unaque matre idem sunt. Quæ enim eidem sunt, eadem inter se eadem sunt, non tamen tali identitate quam ipsa ad idem habent. Ob quod unum quod est tale, illud magis est tale.

e) In elementis iuris universi.

bere possunt, licet communem avum nunquam viderint. Itaque in regnis, ubi successio linealis locum habet, *illi, qui hoc modo successuri sunt, non necesse habent, quo gradu distent a defuncto rege, neque ad ius repraesentationis provocare, sed prout quisque nascitur, ita lex illi perfectum ius ad regnum suo ordine habendum confert, quod ius quisque ad omnes, ex sese natos, pari ordine dimittit, licet ipse regnum non obtinuerit.* f) Enim vero in tali successione salva semper est transmissio mortuorum in vivos & vivorum in mortuos. g)

§. XLVII. Quod ad coniuges attinet, ex iuris naturalis placitis, coniugem societate nuptiali iunctum superstitem, eorum, quæ a coniuge defuncta relicta sunt, non penitus expertem manere debere arbitror. Non dicam iam de casu, si viduus aut vidua rebus ad vitam necessariis non sint instructi, ille namque nihil videtur habere dubii; quis enim crederet, sine dedecore & in memoriam defuncti contemtu superstitem coniugem a defuncto, qui bonis valebat, vitæ in fame ærumnisque transigendæ permitti posse. Contra æquitatis omnino præcepta esset, si uxor marito rerum secundarum adversarumque consortium post eius mortem inedia contabescere, aut squalore marcescere & aliis ludibrio esse deberet. Deinde operæ & servitia ab uxore marito præstita sub compensationem cadunt, & nefas esset, si non beneficio aliquo pensarentur; præsertim, si ultra illud, ad quod pacti coniugalis obligatio se porrigebat, officium & adiuvamen fuerit extensum. Eius enim quodammodo pretium & æstimatio est persolvenda.

§. XLVIII.

---

f) PUFFENDORFF *de I. N. & G. lib. VII. c. 7.*

g) GROTIUS *de I. B. & P. lib. II. c. 7. §. 22.*

§. XLVIII. Accedendum iam ad iuris civilis de successione ab intestato dogmata. Vbi monendum puto, a meo alienum esse instituto, Richteri, Strykii aliorumque de hac materia volumina & dissertationes in compendium redigere, eorumque scrinia compilare: sed animum tantum induxi, themata quædam hoc argumentum concernentia sub examen vocare. Patri liberos educandi onus lex civilis imperat. h) *Necare videtur*, inquit PAVLVS, i) *non tantum is qui partum perfocat, sed & is qui abiicit & alimenta denegat.* Notum est, quantam hæc lex discordiam inter viros celeberrimos B. NOODT & BYNCKERSHOECK pepererit. Ille k) putavit, non solum imperatorum gentilium tempore, sed & Constantino magno imperante, iuris Quiritum rigore, a parentibus infantes exponi, l) & sine alimentis relinqui, imo necari potuisse, & primum infantum expositionem imperatores Valentinianum, Valentem & Gratianum prohibuisse, nec non Pauli locum non de legis sanctione, cui abiectio infantis subfuerit, sed de eo quod honestum & pium est, loqui. Bynckershœck autem, qui ei obnixus est, m) concedit

qui-

h) Vid. tit. C. de alendis liberis ac parentibus.

i) Lib. II sentent. ut est in l. 4. ff. de agnoscend. & alend. liber.

k) In Julio Paulo c. IV. V. VI. & VIII.

l) Expositos lex liberos & ingenuos dicebat, licet servi nati essent, ita ut nullo vindicari potuerint, nec alimentorum nomine, quæ pietatis officio facta credebantur; repeti tamen, si eorum deinde præstari potuit æstimatio. Conf. CVIACIVS *lib. VIII. partit. 51. C. l. ubi citat.* TRAIANI epistolam ad Plinium, quæ apud hunc est LXXII. lib. X. epist. Si alius, præter domini aut patris consensum parvulos exposuerat, tunc illis ius repetendi competebat. Abrogatum itaque ius vetus, quod in L. I. C. Theodosiani de exposito habetur. Grandiores non exponebantur, sed pro derelicto habebantur. Plinius lib. X epist. LXXI.

m) In opusculo *de iure occidendi vendendi & exponendi liberos c. IV. V.* Adde *collat. LL. Mosaic. & roman. tit. IV. c. 8. apud* SCHVLTING *p. 750.* & IACOB GOTHOFRED. *ad l. 2. C. Theod de liber caus.*

quidem rigorem iuris veteris moribus primum & æquitate ſublatum: attamen Papiniani, Pauli & Vlpiani temporibus illud iam tum legibus factum fuiſſe, affirmat. Oppoſuit huic Noodt amicam reſponſionem, quam Bynckershœck cum notis & refutationibus opuſculis ſuis inſervit. Quod ad meam hac de re ſententiam attinet, ſenſim patriæ poteſtatis rigorem abrogatum puto; id tamen quodammodo iam tum Pauli ævo lege factum fuiſſe, multa veterum a PETITO n) adducta probant loca, ſub Valentiniano autem, Valente & Gratiano rei ultimam, ut aiunt, additam eſſe arbitror manum. Ius vendendi liberos expreſſa lege ſub Diocletiano o) ademtum fuit. Pauli tempore id non licuiſſe, niſi ſumma urgente neceſſitate, hæc eius ſuadent verba. *Qui contemplatione extremæ neceſſitatis aut alimentorum gratia filios ſuos vendiderint, ſtatui ingenuitatis eorum non præiudicant: homo enim liber nullo pretio æſtimatur. Iidem nec pignori ab his aut fiduciæ dari poſſunt.* Necesſitatem tamen hanc Diocletiani lex negligi voluiſſe videtur, & haud dubie digito quaſi monſtravit, publica ſubſidia alendis liberis expetenda, ſi privata deeſſent. Et cum nihilominus ſub necesſitatis prætextu liberi a parentibus venderentur, Conſtantinus M. p) omnem liberorum venditionem, ſub quocunque demum obten-

n) *in commentario ad leges atticas p. 60.* Veterum monumentis in alium ſenſum explicandis non videntur ſufficere, quæ NOODT *in Julio Paulo c.* VII. habet

o) *L. I. C de patribus, qui filios ſuos diſtraxerunt*, Pater filium non potuit habere in ſervitute ult. *C de patria poteſtate.* Decem virali autem lege patri licitum fuit, filium ter in ſervitutem vendere, & ſi poſt tertiam venditionem manumittebatur, a patre liber erat. Ut ex PLUTARCHO *in Solone* conſtat, Solon legem tulit: *filiam aut ſororem vendere nemini ius eſto, niſi in ea adhuc virgine mœchum deprehenderit.*

p) *L. 2. C. Theodoſ. de alimentis, quæ inopes parentes de publico conſtituere debent.*

obtentu illud fieri posset, prohibuit, atque constituit: *Quisquis igitur huiusmodi reperietur, qui nulla rei familiaris substantia fultus est, quique liberos suos ægre & difficulter sustentet: per fiscum nostrum, antequàm fiat calamitati obnoxius, adiuvetur &c.* Verum cum nec hæc modo rigorem illum patriæ potestatis omnimode tollere potuerit, facultatem vendendi liberos propter nimiam paupertatem egestatemque ad filium filiamque sanguinolentos restrinxit. q)

§. XLIX. Naturales r) itaque legitimos id est ex legiti-

---

q) *L* 2 *C.* de patribus, qui filios suos distraxerunt. Intelligitur autem per partum sanguinolentum recens natus, a matre rubens. Vid. DIONYSIVM GOTHOFREDVM in notis ad illam leg. & FABROTTVM in enarrat. ad CVIACII *paratit. C. lib. IV. tit. 43.* & ipsum Cuiacium ad *novell 153.* Quænam vero huius constitutionis fuerit ratio, non equidem est in propatulo. Mihi videtur illa fuisse, quod infans recens natus, quoad actum, minus habeat ex homine; atque ita in pecorum quodammodo haberi potuerit numero, & ad instar pecoris vendi. Aut forte dicendum erit, hoc ideo a constantino M. constitutum, ut parvuli eo magis a clandestinis iugulationibus tuti essent, neque deinde alendi difficultas, cum publica alimenta sæpe difficulter admodum habeantur, factæ necis aut expositionis obtentui sumeretur.

r) Quæ de naturalibus, id est, ex concubinis sive quasi coniugibus natis in iure romano, continentur, omnibus illegitime natis, quorum genera a PALÆOTO in tractatu de nothis spuriisque recensentur, hodie applicantur. Jure romano spurios a patre non fuisse alendos PANDVLPHVS PRATEIVS in iurisprudentia veteri *p. 51. ex nov. 89. §. f.* probare vult; verum in hoc §. tantum ut & in auth. ex complexu C. de incest. nuptiis it. nov. 115. c. 3 sermo est de iis qui ex complexibus nefariis incestis aut damnatis processerint, quod illis non sint alimenta suppeditanda, aut quod non debeant boni viri arbitrio pasci ut naturales, prout loquitur *citat. nov. c. 12. & auth. licet C. de naturalibus liberis.* Nullibi in iure nostri spurii simpliciter tales ab alimentis a patre porrigendis excluduntur. Penes Græcos aliter se res habuit; apud ipsos enim patres spurios alere non tenebantur. Vid. PLVTARCHVM *in Solone.* Durum tamen hoc omnino fuis-

gitimo thoro natos aut adoptivos nec non legitimatos s) alere tenetur pater. *Auth. licet C. de natural. liber.* mater tantum in subsidium *l. 5. ff. de alendis & agnoscendis;* quanquam hæc ubera iis, qui lactitari debent, denegare non possit. Per alimenta autem hic intelligitur omne, quod ad vitæ sustentationem & educationem est necessarium *l. 6. ff. de aliment. leg.* Ad alimenta liberis præbenda parentes, quibus ad hæc facultates non sufficiunt, non sunt obligati *l. penult. ff de alend. liber.* Item si liberi ea sunt ætate, ut sibi alimenta procurare queant. *L. 5. §. 7. ff. de alend. & agnoscend. liber.* Porro CARANZA t) putat, ex quibus causis liberi exheredari queunt, ex illis etiam ipsos alimentis privari posse: ast si hoc de necessariis vitæ subsidiis intelligi debet, falsum. Nam filius ab alimentis excludi non potest, nisi crimen morte dignum perpetraverit, aut alioqui graviter peccaverit, & sit, unde aliqueat. u) Monstrosi partus, qui scilicet non hominis, sed alterius cuiusdam animalis formam in capite referunt, sine alimentis relinqui, imo cædi potuerunt. x) Verum hoc

---

fuisse sentio & sic rigorosa etiam merito videtur Pii V. constitutio contra clericorum spurios, quod a patribus non sint alendi. Nisi dixeris cum MOLINA *disputat. 158 p. 660* pontificem non de illis alimentis, sine quibus vita conservari non potest, quo etiam oculos quodammodo intendisse videtur CARANZA, qui illam pontificis constitutionem defendit. In Bulla Pii V. de anno 1591. quæ habetur tom. II. Bullarii magni p. 347. non dicitur, Clericorum liberis inedia esse pereundum.

s) Hi enim æque liberorum numero ac e legitimis nuptiis geniti sunt: Ab adoptantis autem coniuge, cum ab ea non sint adoptati, alendi non erunt, ne quidem in subsidium. Aliter autem se res habebit in iis, qui per pactum unionis prolium parentibus communiter succedunt.

t) *De partu c. III. §. 4. p. 290. n. 13.*

u) GROTIUS de I. B. & P. *lib. II. c. VII. § 25.* MOLINA *disput. 168. p. 660.*

x) PRATEIUS *in iurisprudentia veteri* p. 194. L. *quæret ff.* de V. S. Demonstroso partu latissime egit Caranza.

hoc iniquum fuiſſe, ſupra docui. Denique ex textibus iuris iam antea in notis citatis apparet, liberos ex nefario, inceſtuoſo & damnato coitu natos ab alimentis iure iuſtinian. fuiſſe excluſos: aſt hoc iure canonico, quod hac in parte, ut æquius ſequimur, correctum eſt. *C. haberet X. de eo qui duxit in matrimonium.* y) Cumque ſpurii etiam ſint alendi, multo magis hoc ad emancipatos, qui ſibi alimenta parare non poſſunt, ſpectabit, *quoniam gradum liberorum retinent. §. minus l. de hæred. ab inteſt.*

§. L. Jus civile etiam a filiis parentes eſſe alendos, præcipit. *L.* 5. *pr.* §. 1. 2. 15. *ff. de alend. & agnoſc. liber. L.* 8. §. 5. *C. de bonis quæ liberis, auth. ſic pater C. divortio facto, apud quem liberi &c. tit. C. de alendis liberis & parentibus.* z) Neque hic inter patrem & matrem differentia facienda; pietas enim parentibus, etſi inæqualis eſt eorum poteſtas, æqua debebitur. A fratribus quoque & ſororibus, ſi alia media non ſuppetunt, fratres & ſorores alendos eſſe, legibus quoque eſt conſtitutum civilibus *l.* 12. §. 13. *ff. de adminiſtrat. & pericul. tutor & curator & l.* 1. §. 2. *ff. de tutelæ & rat. diſtrab.* Denique uxorem maritus alere tenetur, etiam ſi indotata ſit; multo magis tamen hoc ei incumbet, ſi, vi dominii civilis, ex dote fructus percipit. a)

§. LI. Quod ad ſucceſſionem iuris civilis præter alimenta ſpectat, varii generis Romani habebant hæredes b)

 ſuos

y) GONZALEZ de TELLEZ ad decret l. IV. p 246. COVARVV. *part. II. de matr. c. 8. § 8.* MOLINA *lib. I. de iure primogenituræ* c. 15. PALÆOTVS de nothis ſpuriisque filiis c. 46. p. 293 ſeqq.

z) ISÆVS *in orat.* contra Agoratum ait: *quisquis patrem naturalem percuſſit, aut neceſſaria ei non præſtitit, propter legem mala tractationis necari debet.*

a) Vid. textus & DD. allegatos apud COLER. *de alimentis* l. 1. c. X. n. 4 p. 259 & PONTANVM *de aliment.* apud eundem c. XIII. 159.

b) Hæredis vox ab hero derivata videtur.

ſuos c) & neceſſarios, ſervos nempe & liberos in poteſtate patris aut avi tempore mortis immediate conſtitutos, utpote qui inviti etiam hæredes eſſe debebant, liberis tamen Prætor deinde beneficium abſtinendi dedit; & extraneos, qui in poteſtate defuncti tempore mortis eius non erant. De ſucceſſione ſervorum, prout apud Romanos erat, quippe quam Germania ignorat, plane non erimus ſolliciti: De liberis ſuis hæredibus lex decemviralis d) ſtatuebat, ut omnium primi in ſucceſſione eſſent.

§. LII. De ſucceſſione ſuorum hæredum loquitur, *autor collationum moſaicarum & romanarum legum* e) ſequentibus verbis: *Sui hæredes* f) *ſunt hi: primo loco filius &*

---

c) De differentia inter ſuos & extraneos vid. CVIAC: *de legit. agnator. ſucceſſ.*

d) GALVANVS *de uſu fructu c. VIII. n. 13.* opinatur, ad Solonis iurisprudentiam hoc inſtituti eſſe referendum. Ab hoc diſcedit SCHVLTING *ad Vlpiani fragmenta* p. 665. I R. credens, illud iam tum ante LL. duodecim tabular. obtinuiſſe. Potiſſimum in eo ponunt differentiam quod ſui hæredes ipſo iure ſint hæredes, extranei vero demum hæredes fiant per hæreditatis aditionem aut geſtionem pro hærede. Quod ad hæreditatis poſſeſſionem attinet, illa nec ad ſuos hæredes ſine apprehenſione tranſit, requirit enim illa actum corporalem, nempe apprehenſionem. In ducatu tamen Magdeburgico aliter ſe res habet lege provinciali. Immo LYNCKERVS *deciſ. LVII.* affirmat, moribus Germaniæ quemvis hæredem, abſque apprehenſione hæreditatis, poſſeſſionem eius conſequi: dubito autem valde, an hi mores ſint univerſales. Notandum adhuc, Anianum, in Gaii inſtitutionibus mutilatis, minus recte, in hunc ſenſum, extraneos hæredes dicere, qui nullo propinquitatis gradu iunguntur.

e) Apud SCHVLTING *p. 795.*

f) Dicuntur ex ſententia Doctorum quaſi ſuimet hæredes, quia vivis parentibus rerum paternarum quodammodo ſunt domini *§. 2. de hæred. qual. & different.* l. 14 ff. *de ſuis & legitim. hæredib.* Vid. CVIAC. & SCHVLT. *ad Vlpiani tit. 20. iuriſpr. anteiuſtin.* p. 665 *& vacantias vindemiales* p. 43. ſeqq. Græci talem hæredem vocant αὐτοκληρονόμον,

Vivit enim in nobis facundi lingua parentis
Et res hæredem reperit illa ſuum.

OVIDIVS *lib. II. de Ponto 2.*

Ipſa ſibi proles ſuus eſt pater & ſuus hæres

Sic

& filia g) *in potestate patris constituti: nec interest, adoptivi sint an naturales* h) *& secundum legem Iuliam Papiamve quæ-*

Sic de Phœnice LACTANTIVS cecinit. Adde BROEVM *in comment. ad instit tit. de hæred. quæ ab intest. §. sui autem:* hic tamen autor assensum non meretur, quando asserit, quod secundum analogiam iuris ipsa possessio hæreditatis ad suos hæredes devolvatur. Dici etiam potest, suum hæredem dici, quia pater & filius in potestate constitutus, ex fictione iuris romani, pro una eademque persona habentur, & esse quasi si ius sibi ipsi succedat.

g) Athenienses primum filios, deinde filias ad successionem admittebant, hoc autem decemviri non secuti sunt: sed Roma ab initio sexum in successione non distinguebat. Vid. PERIZON *de lege vocon.* p. 133. Ad censum suorum hæredum etiam nepotes & neptes & deinde etiam reliqui descendentes in potestatem patris non recasuri, ex filiis referebantur. Confer CAIVM *lib.* II. tit. III. & ad eum not. apud SCHVLTING *p. 106. 107.* IANVM A COSTA *ad tit. Instit. de hæred. quæ ab intest. deferuntur.* p. 338.

h) Naturales hic dicuntur, qui ex iustis nuptiis sunt procreati. Ex doctrina Hippocratis septimo ad conceptionem mense absoluto perfectum in mundum prodire posse partum ait *l. 12. ff. de statu homin.* Legem hanc explicant GELLIVS *lib. X. c. 10. & 16.* FERRANDVS *lib. I. explicationum c. 6.* CONCENNATIVS *lib. II. quæstionum c. 9. p. 108 seqq.* FABROTTVS *in tempore humani partus p. 11. seqq.* CARANZA, qui de partu ex professo agit. Videntur ex mystica qualitate numero illi veteres aliquid adscripsisse. Interim exempla non desunt, partus quinto aut sexto mense in lucem editos per aliquot tempus superstites mansisse. Vid. VALENT. *in pandect. medico legalibus p. 44.* PERANAT. *de procreat. hominis c. 8.* SCHENCK *lib. IV. observat. c. 4.* REINES *in schol. JCt. medic. lib. III. sect. 7.* Recentiores plerumque medici contendunt, fœtum humanum ad sui perfectionem in utero materno novem requirere menses, partusque, qui ante tempus hoc prodeunt, imbecilliores esse. Hoc est quod ipse Hippocrates *de victus ratione* sentit; quando inquit, *quidam tardius nono mense perfecte in lucem prodeunt.* Idem GELL. *lib. 3. c. 16. habet. Ill.* L. B. de COCCEII *J. C. lib. 1. tit. VI. q. IV. ex l. 3.* §. penult. probat: *post decem menses mortis natum ad legitimam non admitti hæreditatem.* Plures autorum sententias partum decimestrem genitalem esse collegit. FABROTTVS *l. c. p. 19 seqq.* Adde HOTTOMANNVM *in observat.* Ceterum partus undecimo demum mense aut etiam duodecimo, in lucem prodire posse, ab aliquibus asseritur. Vid. FABROTT. *l. c. p. 22. 23.* VALENT.

in

quaesiti i) *modo maneant in potestate. Qui sui haeredes sunt, ipso iure haeredes etiam ignorantes* k) *constituuntur, ut furiosi, aut infantes & peregrinantes*, l) *quibus bonorum possessionis ius propter praetoriam actionem non erat necessarium.*

§. LIII. Ex concubinis m) & contubernio nati, sive curiae

---

in pandectis medico legalibus pro hac opinione responsum facultatis medicae lipf. & giffenf. affert. Sed quae de partu undecimestri & duodecimestri afferuntur, sunt exceptiones a regula, ad quas etiam pertinet *nov. 39. c. 2.* HIPPOCRATES inquit, interdum usu venire, ut partus certis de caussis ad undecimum mentem differatur, aut certe differre videatur. RABLAISIVS putat, conducere viduis Veneri addictis, termino, usque ad quem foetus humanus in utero materno commorari queat, laxiora statui spatia. Quod si itaque intra legale tempus filius nascitur, legitimus esse praesumitur, ita ut matri adulterinum partum iure iurando etiam asserenti, ob legitimorum natalium favorem non credatur, nisi constet foeminam cum adultero rem habuisse, & maritum morbo aut imbecillitate laborasse.

i) Adde IVLIVM PAVLVM *sententiarum receptarum lib. IV. tit. 8. §.* 4 SCHVLTING *in comment. ad* allegata *collationis LL mosaicar. & romanar.* verba adiecit: *in l. ult. D. de statu lib. si mulier ex lege nupserit, id est intra annum praestito* iuramento se liberorum caussa nubere, quod etiam ad legem. Juliam miscellam referendum, graecus interpres rectissime notat, et explicandum ex l. TITIO *usufructus 96 § ult ff. de candit. & demonstrat.*

k) THEOPHILVS in paraphr Instit. *§. 3. ad tit* I *lib.* III. instit. haec notat.: *Id enim sciendum est pro universali regula: ex quibus caussis ignorantibus, nobis aliquid acquiritur, ex his caussis & furiosos adquirere, quoniam hi ignorantibus similes sunt.* Junge *l 63. de adquir. haeredit. l. 24. ff de obligat. & act. l. 11. ff. de liber. & postum. l. 8. C. de iure deliberandi.*

l) Rectius videtur legendum *peregre natos.*

m) De differentia inter concubinam et legitimam uxorem apud Romanos agit CVIACIVS *in comment. ad instit. p. 169.* Nemo potuit habere cum legitima uxore et concubinam, aut duas concubinas. Vid. AVGVST. *epist. LXX. l. 11. C. de concubinis novell. 18 c 5.* Unam permissum erat habere concubinam. Hinc EVSTATHIVS *Iliad 8. concubinas*, inquit, *habere, legibus permissum erat, & concubinae nomen probrosum non erat. Can. IV. d. XXXIV* sequentem in modum se habet: *is, qui non habet uxorem & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur, tamen ut unius mulieris aut uxoris aut concubinae coniunctione sit contentus,*

curiæ oblati n) sive per subsequens matrimonium legitimati, ubi olim instrumenta nuptialia requirebantur, cum legitime natis succedebant §. 1. *ff. de success. ab intestato.* Per rescriptum Principis autem legitimati, scilicet si fœmina, ex qua suscepti, in matrimonium duci non potuit, (Hoc hodie non requiritur,) nullis legitime natis adopta-

G tis

---

tur, & in can. V. eiusdem distinctionis est. *Christiano non dicam quam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi unam tantum aut uxorem aut certe loco uxoris (si coniux deest) concubinam.* Hisce obstare videtur c. nemo 4. c. *XXXII.* qu. Vide PITHOEVM ad h. c. Nec omittenda sunt, quæ PITHOEVS ad p. 47. habet. Junge c. 5. c. 32. q. 2. Id certum, concubinatum, cuius pravitatem et dedecus late explicat GONZALEZ de TELLEZ *ad c. 2. X. de sponsalibus & matrim. tom. IV. pag. 46. seqq.* clericis iure canonico esse prohibitum c. *3. X. de cohabit. cler. & mulier.* et ad illud c. GONZALEZ. Adde VERMVNDVM CHOVERONIVM *ad tit. de publ. concub. p. 213. seqq.* Exstat *in reformat. polit. de ann. 1548. tit.* von leichtfertiger Beywohnung lex prohibitiva omnes imperii germanici cives a concubinatu excludens. Ex *Hermanopol. lib. IV. epitomar.* constare videtur, Constantinum porphyrogenetam primum, et socerum eius Romanum concubinatum sustulisse. Adde novell. Leonis 91.

n) Hi etiam dari potuerunt exstantibus iustis filiis, non autem se ipsos mortuo, ut iura successionis obtinerent, offerre. CVIAC. *ad §. 1. Instit. de hereditat. quæ ab intestat.* Addit tamen limitationem, nimirum patrem aut avum liberos vel nepotes, ut in futuram successionem ab illegitimis natalibus purgarentur, legitimis exstantibus, offerre potuisse, si ex libera, non vero ex ancilla partis essent suscepti. Modum hunc legitimandi, referente IVSTINIANO *n.* 29. c. 2. Theodosius Imp. excogitasse videtur, ut curialium sive decurionum numerum frequentiorem redderet; nulli enim propemodum erant, qui hoc munere, cuius vi senatores in municipiis agebant, fungi voluerunt, propter gravia onera, quæ ipsi iuncta erant. JANVS a COSTA *in Comment. ad §.* XIII. *instit. de nuptiis & ad §. 2. de heredit. quæ ab intestato.* Propter dura illa onera, quæ curialium erant, christiani aliquando in pœnam curiæ addicti sunt. Vid. CASSIODOR. *tripartit. Histor. l.* I. c 9. et JACOB GOTHOFR. *ad tit. c. Theodos. de decurionibus.* Oblatio curiæ facta in desuetudinem abiit, et putant aliqui, oblationem monasterio factam in eius concessisse locum. Verum hoc haud dubie non obtinet, nisi in illum saltim effectum, ut oblatus monachus fieri queat.

tis aut per subsequens matrimonium legitimatis existentibus tantum succedunt n. 74. c. 2. §. 1.

Quod si vero aliqui horum exstant, a patre relictis aut alimentis contenti esse debent. Hodie ex stupro & alia illegitima coniunctione nati principis rescripto possunt legitimari. o) Iure enim legitimandi quilibet princeps in suo territorio & imperator per totum imperium gaudet. Hic ius illud per comites palatinos exercere solet.

§. LIV. Illi, qui ex illicitis amplexibus sunt progeniti non patri *l. 23 ff. de statu homin.* sed matri succedunt p) sive illa liberos legitimos habeat, sive non §. 3. *l. ad Sct. Orphitian.* Excipiuntur spurii, quos mater illustris enixa est,

---

o) Hodie omnes illegitimos legitimari posse, nullum habet dubium. *L. B. de* COCCEII *in iur. controv. lib.* I. *tit.* III. *qu.* 15. indigne tamen hoc fert. CUIACIUS *ad tit. i. de hæredit, quæ ab intestato deferentur. p.* 169. Atque Cæsaris nomine adulterinos quoque et incestuosos per rescriptum comites palatini legitimare possunt: verum si hoc obtinere debet, hanc facultatem in diplomate, quod comitivam vocant, expressam esse debere tradunt. Putarem etiam ex ea, quæ corpore quæstum fecit, natos legitimari posse, ob favorem legitimorum natalium, licet ibi maior sit patris incertitudo, quam si proles ex stupro cum persona, quæ non est scortum, orta est.

p) Ex lege duodecim tabularum neque ex legitimis nuptiis nati matri succedebant, neque hæc illis, quia fœminæ suos hæredes non habebant. ULP. *fragm* XVII. *n.* 7. Neque aliquid ad eos ab intestato pervenire potuisset, nisi prætor illis ultro citroque ex proximitate cognatorum ius petendæ bonorum possessionis dedisset; nam bonorum possessionis, unde liberi, non erant capaces, quoniam hæc tantum suis dabatur, qui erant emancipati *l. 6. §. 6. ff unde liberi.* Postquam autem Sctum Tertullianum factum, de quo infra, Divi Marci temporibus, Orphito et Rufo consulibus, etiam Sct. Orphitianum compositum, cuius vi filio et filiæ, etiamsi alieno iuri subiecti sint, hæreditas materna debetur. Vid. *pr. i. de Sct.* ORPHITIANO *et* THEOPHILUS, in paraphrasi. ANTON AUGUST *de LL. et Sct. p.* 213. Ex principum constitutionibus hoc etiam ad nepotes et neptes est extensum *§. ult. i. de hæredit, quæ ab intest. §. I. de Sct.* ORPHIT. *l. 4. C. Theodos. de legit. hæred.*

eſt, a ſucceſſione materna, ſi alii liberi legitimi adſunt. *l. pen. c. ad Sct. Orphit.* Ratio ibi additur: *cum in mulieribus ingenuis & illuſtribus, quibus caſtitatis obſervatio præcipuum debitum eſt, nominari ſpurios, ſatis iniurioſum ſatisque acerbum & noſtris temporibus eſſet indignum.* q)

§. LV. Excluduntur quoque a parentum ſucceſſione ex iuſta cauſa exheredati r) ſi hæc non adeſt, deſcendentibus ad minimum legitima s) ſalva eſſe debet. Emancipati quoque ex iure civili facultate ſuccedendi ab inteſtato deſtituuntur; erat enim ac ſi non amplius ad familiam ſpectarent. t) Cum Romanorum emancipatione aliquam ſaltem affinitatem Græcorum habuit abdicatio; nam hac quoque liberi, ut PLATO u) loquitur, excidebant patris familia; plus autem diverſitatis continebat, quoniam non abdicabantur liberi, niſi crimen perfectum, ut adulterium, rapina, vel imperfectum, velut pendens & adhuc in conditione poſitum, ſi filius patri non obtemperabat, adeſſet. Vetuſtioribus Romanorum temporibus aliqua abdicationis ſpecies in adoptivis obtinuiſſe videtur, PLINIUS x) ubi de adverſa fortuna, qua cum Auguſtus conflictatus eſt, agit, ei annumerat abdicationem poſthumi Agrippe y) poſt adoptionem. Arbitratur tamen

q) DIONYSIUS GOTHOFREDUS hanc adiungit annoratiunculam, *iniurioſum ſatis illuſtri mulieri ſpurios habere.*

r) *Nov. 115* s) *Nov. 18.*

t) Vid. *not. ad* GAII. *inſtit lib. I. tit. VI. § 3.* apud SCHULTING *in iuriſpr. anteiuſtin. p. 50 ſeqq &* CONAN. *in comment iur. civil lib. II. c. XIII. p. 163.*

u) Lib XI. de LL. Græcorum lex erat: *parentibus liberos abdicare ius eſto.* Vide LUCIANUM *in abdicato &* DEMOSTH *oration.*

x) *Hiſtor. nat. lib. VII c. 45.* Græcos etiam adoptivos abdicaſſe, DEMOSTHENES *in orat.* πρὸς σπουδίαν refert In abdicatione præco pronunciabat τοῦ δεῖνα.

y) De hoc Agrippa vide TACITUM *lib. I. annal. c. 5. 6.* SUETONIUM *ex edit.* GRÆV. *p. 224.*

CONANVS z) abdicationem etiam in naturalibus locum habuiſſe, ex Valerio Maximo probari poſſe, QVINTILIANVS a) duas abdicationum dicit eſſe formas: Sed quomodocunque ſe Romanorum veterum b) abdicatio habuerit, uſum tamen eius, Diocletiani & Maximiani reſcripto, ſi non primum ſublatum, eum tamen antea exſtinctum denuo reprobatum fuiſſe, hæc illorum Imperatorum verba probant: *Abdicatio*, inquiunt c) *quæ græco more ad abdicandos liberos uſurpabatur & ἀποκήρυξις dicebatur, romanis legibus non comprobatur.*

§. LVI. Cumque Prætor rigorem legis duodecim tabularum, quæ a ſucceſſione excluſit, quos natura ſucceſſores deſtinavit, mitigaverit, emendaverit, etiam liberis emancipatis a patre præteritis dabat bonorum posſeſſionem, id eſt, ſucceſſionem ex edicto Prætoris contra tabulas, & nullis tabulis exſtantibus bonorum poſſesſionem ex gradu, unde liberi. d) Dabat bonorum poſſesſionem tam contra tabulas, quam etiam unde liberi, & qui-

z) *In comment. iur. civil. lib. II. c. 13. p. 163.*

a) *Lib. IV. inſtit. orat. c.* 4.

b) Quare huius abdicationis in pandectis nulla exſtent veſtigia, cum Conano rano aſſignanda videtur, quod multa veterum placita a pandectarum collectoribus plane ſint omiſſa.

c) *L. 6. C. de patria poteſtate,* PETITVS *ad LL. atticas n 159.* exiſtimat, mendum eſſe in conſulis nomine, non enim illo tempore Maximianum Auguſtum, ſed Maximum conſulem fuisse cum Januario, ut ex libro de Præfect. urbi conſtare dicit: Addit rationem, quoniam poſt Diocletianum, Auguſtum et Ariſtobulum nullum privatum imperatori collegam conſulem fuiste, usque ad Julianum, cui in conſulatu Salluſtius collega fuit. Verum enim vero PETITVS refutatur a KEFKERAAT *in libr. de patria poteſtate.* Reperiuntur ſane in faſtis conſularibus apud NORISIVM p. 25. Maximian II et Januarius, et apud ALMELOVEEN, ad anno 287. M. Aurelius, Maximianus Hercul. II. Pomponius, Januarius. Ariſtobulum autem Diocletianus anno 285. habuit conſulatus conſortem.

d) VLPIAN. *fragm. tit. XXVIII. p. 671. n. 3. p. 674. n. 8.* apud SCHVLTING.

quidem tam naturalibus quam adoptivis, e) ſed naturalibus quidem emancipatis, f) non tamen & illis, qui in adoptiva familia erant; g) adoptivis autem his tantum, qui in poteſtate manſerunt.

§. LVII. Poſtquam igitur prætor emancipatis ius ſuccedendi cum ſuis attribuerit, æquitas omnino voluit, ut ab ipſo quoque conſtitueretur, bona quæ illi tempore mortis paternæ iam tum haberent, eſſe conferenda unde celebris illa de collatione doctrina, quæ ad ſolos deſcendentes pertinet, in iure noſtro originem traxit. f)

§. LVIII. Quum circa gradus bonorum poſſeſſionis a Prætore introductos non deeſſent ſubtilitates & dubia, Iuſtiniano imperatori placuit in novell. 118. omnem differentiam ratione ipſius ſucceſſionis inter ſuos & emancipatos; mares & fœminas, agnatos & cognatos tollere, treſque ſuccedentium ordines deſcendentium & collateralium ſtabilire voluit. g) Obtinet autem inter deſcendentes ius repræſentationis in infinitum.

 §. LIX.

e) Suis etiam, ſed non erat neceſſaria, hæc bonorum poſſeſſio, ut ait CVIACIVS.

f) Vid. tamen SCHVLTING *in not ad* VLPIANI *fragm.*

g) PAVLVS *lib. V. ſentent. tit. IX* § 4. *p.* 470. VLPIANVS *lib. XXVIII. p.* 672.

f) Temporis progreſſu circa collationem mutatio facta. Vid. VINNIVM *de collat.* c. VII. olim, ut ex Paullo apparet, tantum peculia caſtrenſia, & quaſi caſtrenſia, ut eſt teſtis VLPIANVS in l. §. 15. *de dotis collatione*, non conferebantur, poſtmodum autem, cum peculii adventitii ordinarii uſusfructus tantum ad patrem ſpectare cœperit, & hæc a collatione facta ſunt immunia *l. 11. C. de collat dotis.* ICti ſibi formarunt regulam: quicquid in legitimam non imputatur, non confertur; non autem hæc regula procedit affirmative, quicquid in legitimam imputatur, confertur. VINNIVS *de collat. c 14 n. 6.* LAVTERBACHII *diſſert. de collat. dotis th. 69.* Ceſſat collatio in iis, quæ a parentibus profecta ſunt, ſi eam parentes expreſſe prohibuerint. Novell. 18. c. 6. In materiam de collat. commentati ſunt præter VINNIVM, BRVMMERVS & STRYK *de ſucceſſione ab inteſtato diſſert. XI.* IAC GOTHOFRED *ad tit. C. Theodoſ. unde liberi nov. edit. tom. 1. p.* 374.

g) Conf. CVIACIVS *ad hanc novell.*

§. LIX. Dictum iam de descendentium succesſione ab inteſtato, ſupereſt, ut de aſcendentium & collateralium succesſione eiusdem generis, iure civili tradita adhuc quædam addamus; ita ut de dogmatibus, quæ de bonorum poſſesſione ad hoc caput ſpectare potuerunt, non equidem multa dicturi ſimus; ne pagellæ noſtræ in integrum excreſcant volumen. Poſt exſtinctos omnes deſcendentes luctuoſam hæreditatem percipiunt aſcendentes, quoad gradus proximitatem, ita ut inter eos non æque ac inter deſcendentes ius repræſentationis locum habeat: Olim aſcendentes per conſanguineos excludebantur *l. 5. 8. 9. ff. de ſuis & legitimis hæredibus l. 11. c. commun. ſucceſſ.* quod nov. 118. mutatum. Mater ex decemvirali lege omni maſculorum progeniei poſtponebatur; nam *lex ea, quæ per fœminini ſexus neceſſitudinem ſibi iunguntur, ita excluſit, ut ne quidem inter matrem & filium filiamve ultro citroque hæreditatis capiendæ ius daret, niſi quod Prætores ex proximitate cognatorum eas perſonas ad succesſionem, bonorum poſſesſione unde cognati vocabant. Sed hæ anguſtiæ iuris poſtea emendatæ, & primum quidem divus Claudius* h) *matri ad ſolatium liberorum amiſſorum legitimam eorum detulit hæreditatem. Poſtea autem Senatusconſulto Tertulliano* i) *quod Divi Hadriani temporibus factum eſt,*

---

h) CUIACIUS putat, hoc ſpeciali reſcripto ex indulgentia perſonali factum eſſe, cuius ſimile exemplum eſt *in §. 5. verſic. ſciendum I. de hæred. qualit & differentia.*

i) Cl. HEINECCIUS aſſerit *in antiquit. Roman. ad Inſtit.* hoc Sct. imperante Hadriano factum, conſulum autem ſuffectorum, qui in locum demortuorum, aut eorum qui magiſtratu moti erant, ſufficiebantur, ſub quibus confectum, memoriam periiſſe. Verior tamen videtur ſententia, per Hadrianum hic intelligi Antoninum Pium, nam hic in faſtis conſularibus ad ann. chr 145. dicitur Hadrianus, adoptionis iure, ut loquitur Cuiacius. Sub hoc autem Cæſare ann. 158 conſules fuerunt Q. *Flavius Ter-*

est, plenissime de tristi successione matri, non etiam aviæ deferenda cautum est, ut mater ingenua trium liberorum ius habens, libertina quatuor ad bona filiorum filiarumve admittatur intestato mortuorum, licet in potestate parentis est, ut scilicet, quum alieno iuri subiecta est, iussu eius adeat hæreditatem, cuius iuri subiecta est. Præferebantur autem matri liberi defuncti, qui sui k) quive eorum loco erant, ut & pater utriusque, non autem avus aut proavus matri anteponebatur, scilicet cum inter eos solos de hæreditate agebatur. l) Sed cum multa hoc SCtum dura contineret, utpote matrem liberis non successuram, nisi certum numerum liberorum vivorum & non monstrosorum peperisset, m) quasi matris arbitrio esset relictum, qualem liberorum numerum eniti vellet; ut & aviæ non habendam esse rationem, cum tamen nepos neptisve ex constitut, suæ succederent aviæ: Iustinianus hunc rigorem constit. n) & nov. 118. emendavit, & omnes tricas, quæ hanc

---

tullus & Licinius Sacerdos. Occurrit etiam Tertullus in Fastis consularibus an. 195. cer. christ. verum oportet ante illum annum SCtum iam tum fuisse factum, quia creditur orphitiano antiquius: hoc autem prodiit Vettio Rufo & Cornelio Scipione Orfito, qui an. 178. ultimo consulatu functus est, coss. In l. 29. ff. ad L Iuliam de adulteriis Tertullo in consulatu collega Maximus est, sed hunc cum eo in fastis consularibus non reperio. CVIACIVS variis textibus iuris, quibus D. Hadrianus pro Antonino legitur, quod dictum est, comprobat.

k) Itaque liberi, qui in adoptionem dati, matrem non excludebant. Vid. plura apud CVIACIVM *ad Instit.* p. 188.

l) Vid. CVIAC. & IAN. a COSTA *in comment. ad tit I. de SCt. Tertyll.*

m) Vid. ANT. AVG BALDVINVM & HEINECCIVM *ad L papiam &* CVIAC. *ad Vlp. fragm tit. XVI.* nec non PAVL. *IV. sent. tit. IX.*

n) *§. IV. I. de SCt. Tertyll.* Iustinianus Imperator Tertylliani SCti commodum omnibus matribus applicuit l. ult. C. ad SCt. Tertyll. Adde tit. C. *infirmandis pœnis cælibat & orbit* Iustiniani lege non fuisse demum hoc cautum, arbitratur CVIACIVS, cum illud iam tum ab Honorio & Theodosio in *l. 1. C. de iure deliberandi* factum fuerit. Imo Iustinianus in novel. LXXVIII. fatetur, Constantinum ius liberorum dedisse.

hanc rem involvebant, sustulit. Cum ascendentibus succedunt fratres germani eorumque liberi nov. 118. c. 2. & nov. 127. c. 1. Si tantum fratres defuncti cum ascendentibus concurrunt, successio in capita, & si inter succedentes etiam germanorum prædefunctorum liberi concurrunt, successio in stirpes locum habet. Atque puto, non posse ab ascendentibus excludi fratrum prædefunctorum filios, etiamsi soli sint. o)

§. LX. Si fratres defuncti cum parentibus ad successionem concurrunt, partem quidem suam peculio adventitio, irregulari accensent, quod si vero pater in re aliqua, quæ per hereditatem ad liberos cum parentibus succedentes devolvitur, usum fructum habuit, ille ipsi salvus manet, quoad vivit. p)

§. LXI. Non levis est inter Doctores controversia, si parentes diversi ulteriorum graduum concurrant, aut cum iis sorores vel fratres vel eorum liberi, an ad ascendentem ex linea materna bona materna & ad ascendentes paternos paterna redire debeant? Negativam defendit STRYK q) cum aliis r) inter quos etiam L. B. de COCCEII est. Fateor me argumentorum robore, quo vir hic summus utitur, mox in illam pertractum fuisse opinionem: æquior tamen mihi visa sententia contraria, atque ita iubente *l.* 8. *C. de iudiciis*, ubi in contrarium nihil expressa lege statutum, eam sequendam duxi. Quid enim æquius esse posset, quam ut bona ad eum redeant, a quo venerint? Quis dubitaret, cui constat, quanto amore homines

o) Hanc sententiam contra Lauterbachium aliosque egregie defendit, Ill. Dn. de COCCEII *in iur. controv lib.* XXXVIII. tit. XV. quæst. 7.

p) L. 7 8 fin. C. ad SCt TERTULLIANUM.

q) *De successione ab intestato disputat.* II. c. 1. 8.

r) Horum aliquos refert L. B. de COCCEII qui inter augustissimi Prussorum regis supremos status administros est *in iur. controv.* part. II. p. 398

mines se suaque & familiam, ad quam pertinent, amore prosequantur, ascendentes, si ex iis quæsitum esset, anne vellent, ut bona sua, ad liberos translata, hisce sive liberis eorum exstinctis ad se, suamque familiam redirent, affirmative responsuros fuisse? Sunt quoque leges, quæ affirmativæ sententiæ fafent, ut l. 13. 8. ideoque C. de legitim. hæred. *l. 4. de secundis nuptiis l. 3. C. de bonis n. 84. c. 1.* Fateor quidem in ambiguo esse positum, an illæ leges ad divisionem paternorum maternorumque bonorum inter paternam maternamque lineam plene applicari queant: id certum tamen, aliquid saltim inde argumenti pro affirmantium sententia elici posse, scilicet ob urgentes rationes in succesfione separationem bonorum esse faciendam, si diversi concurrunt succedentes. Inter negativa argumenta primum est per novell. 118. una cum vetere legitimo succedendi modo omnem sublatam esse bonorum distinctionem. s) Verum in succesfione ex lege duodecim tabularum, aut bonorum possesfione ex prætoris edicto nihil de hoc casu, nempe si succesfio ad ascendentes defertur, separationem inter bona esse faciendam, expressum: quod autem iure illo antiquo non est introductum, per novell. 118. ut ius recentius & corrector, non potest esse abrogatum. Deinde ponamus, separationem bonorum non æquitati naturali, sed rigori iuris civilis, aut prætoris edicto deberi: nota tamen est regula, ius correctorium stricte esse interpretandum, & quod ius novum non expressis verbis corrigit, pro correcto non esse habendum: in novella autem illa aut alia quadam nullibi dicitur, quod separatio bonorum, si succesfio ad ascendentes pervenit, non debeat habere locum; & sic nescio, quo iuris fundamento ANT. FABER asserere posfit, vulgarem

 illam

s) MYNNIVS *in resolut. lib. III. tract. 1. quæst. 31. p. 651.*

illam distinctionem paterna paternis materna maternis novissima Iustiniani constitut. abrogatam esse. Sed instas: in novella 118. claris est expressum verbis, ex æquo hæreditatem esse dividendam, ita ut una medietas ad ascendentes a patre, altera autem ad ascendentes a matre pervenire debeat, ubi autem talis observari debet divisio, ibi nullum locum habere potest bonorum separatio. t) Sed regulæ æquæ interpretationis requirunt, ut illa verba pro substrata intelligantur materia, & restringantur ad casum, quando nempe unius lineæ sunt successores. Permulta alia sunt iuris nostri loca, ubi ad evitandam absurditatem aut iniquitatem restrictiva locum habet interpretatio. Sic & argumentum non stringit: postquam bona paterna & materna filii facta sunt, diversitatem, quam habebant, amiserunt, quod autem exstinctum, reviviscere non potest; heres autem succedit in omne ius, quod defuncti tempore mortis fuit. Ast multa sunt in iure nostro exempla, ius exstinctum ex æquitate, nova accedente causa, reviviscere. Sic testamentum per agnationem sui hæredis ruptum, si hic denascitur, æquitate prætoria reviviscit. Bona feudalia, fidei commisso familiæ obnoxia, & allodialia in unam quasi compacta massam, si vasallus nullo relicto successore feudali & habili ad percipiendum fidei commissum familiæ diem supremum obit, feudalia & bona fidei commissaria ad agnatos, non feudalia ad hæredes allodiales & fidei commissi familiæ non capaces perveniunt. Multo minus sententiæ affirmativæ obstat, quod ex novellæ 118. dispositione proximior ascendentem remotiorem excludere debeat, quod fieri non posset,

t) FACHINÆVS *in controv. iur. civil. lib. VI. c. 4 p. 438.* FOERSTER *de success. ab intest.* BACHOVIUS *in notis & animadvers. ad* TREUTLERUM *Vol. II. disp. XVI. th. 5. lit. C. p. 1038.*

posset, si ad diversitatem bonorum esset respiciendum. Nam respondetur, id quod in novell. dicitur proximiorem excludere remotiorem, secundum genuinæ interpretationis regulas intelligendum, si nempe de eiusdem lineæ bonis agitur. Nec video, quid contra iuris civilis themata haberet, si filius denasceretur, aliis non relictis, quam bonis paternis, & tunc avus paternus matrem plane excluderet; nam qui iure suo utitur, nemini facit iniuriam. Durius adhuc est, quod iure iustinianeo pupillariter substitutus matrem legitima quoque privet. Crederem tamen, in illo casu matri aliquid, ex æquitatis & pietatis ratione, esse attribuendum. Neque ad novell. 118. in qua, ut supra monitum, de casu, ubi de successione ascendentium in hæreditate ex diversis bonis coalita haud agitur, non est confugiendum. Denique nescio, quænam differentiæ ratio inter ascendentes & collaterales, ratione separationis bonorum paternorum a maternis a STRYKIO & HVNNIO u) fingi queat, cum utroque casu decisionis fundamentum sit, quod naturalis æquitas suadeat, ut bona ad lineam, ex qua profecta sunt, redeant. Obiter hic notandum, minus recte a Lauterbachio Carpzovium negantium classi nempe separationem bonorum non habere locum, annumerari; cum tamen hic æque ac BERLICHIVS & HARTMANN PISTOR affirmantium numero sint.

§. LXII. Sunt casus, in quibus mater ad successionem liberorum non admittitur; si nempe liberis impuberibus tutorem petere neglexerit, aut post mortem mariti luxuriose vixerit. Casus, ubi inter maritum & uxorem liberis succedentes æqualitas non observatur, STRYKIVS x) habet.

 §. LXIII.

u) Dom. de COCCEI in iur. controv. æque ac B. pater eius *in differt. de dist. bonorum* neque in successione collat. separationem bonorum admittit.
x) *De success. ab intestat. differt. II. c. 1. §. 3. 16.*

§. LXIII. Non succedunt parentes promiscue (STRYK V.M.P. lib. I. tit. VII. §. 14.) liberis unione prolium coalescentibus, nisi hoc pacto expressum sit; singularia enim talia extensionem non admittunt. Liberis a marito arrogatis & perfecte adoptatis non succedit, multo minus a marito tanquam extraneo adoptatis successura, quippe cum ne his quidem ipse maritus succedat. §. 2. *I. de adopt. & l. p. c.* eodem; nam quia ab extraneo adoptatus manet in potestate patris naturalis, non ille sed hic ei succedit. Neque necesse est, ut successio sit reciproca. Legitimatis per subsequens matrimonium eodem modo ac legitime natis succeditur, per rescriptum Principis autem legitimato tantum pater, non autem reliqui ascendentes y) succedunt. Nov. 98. c. 5.

§. LXIV. Spuriis non succedit pater, quem non habere dicuntur, sed mater §. 2. unde cognati §. 1. I. ad Sct. tertull. ex damnato autem & adulterino coitu natis ne quidem a matre succeditur. Nov. 89. c. fin.

§. LXV. Sequitur iam collateralium successio iuris civilis. Quid iure veteri circa collateralium successionem obtinuerit, ex loco VLPIANI, quem autor collationis legum mosaicarum & romanarum affert, z) conspicitur. *Si sui heredes non sunt, inquit, ad consanguineos, id est, fratres & sorores ex eodem patre; Si nec hi sunt, ad reliquos agnatos virilis sexus per mares descendentes eiusdem familiae: his enim cautum est lege duodecim tabular. hac: Si intestatus moritur, cuius heres non est agnatus, proximus familiam habeat: Si agnatus defuncti non sit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem vocat his verbis: Si agnatus nescit gentiles, familiam heres hanc. Nec gentilitia*

y) LAVTERBACH *in compend. pandect. lib. XXXVIII. tit. 15.*
z) Apud SCHVLTING *in iurisprud. anteiustin. p. 797.*

litia iura in usu sunt. Quid fuerint agnati quid ve gentiles, Cl. HEINECCIVS a) explicat. Agnati dicebantur, qui ex eadem stirpe, gentiles qui ex eadem gente descendebant. Gentes enim romanæ sive patriciæ sive plebeiæ subdividebantur in stirpes & familias, sive ut hodie loqui solemus, in lineas: plures agnati sive masculi sive fœminæ in capita successerunt, ita ut sexus differentia ex decemvirali lege non obtinuerit. Non autem mulieres amplius admittebantur, ex quo marito se dederant; tunc enim familiæ membra esse desinebant. b) Quonam autem tempore & qua ratione constitutum, ut ex fœminarum censu præter sorores nullæ amplius admissæ fuerint, non satis certum. Instit. autor mediæ hoc tribuit iurisprudentiæ, idque ideo constitutum dicit, quia commodius videbatur, ita iura constitui, ut plerumque hæreditates ad masculos confluerent. PAVLVS c) iure civili *voconiana ratione* d) videri effectum dicit.

 §. LXVI.

a) *In antiquitat. ad institut. roman. lib. III. tit. II. §. 11.*
b) *L. 195. §. ult. ff. de* V. S. BYNCKERSHOECK *in observat. iur. rom. lib. II. c. 1.*
c) *Sentent. lib. IV. tit. 8. §. 22. p. 412. in collat. LL. mosaic. & roman. tit. XVI.*
d) Minus recte PITHOEVS & CVIACIVS legendum putant rogatione aut relatione. Nam JCtus vocabulo illo ratione nihil aliud docere voluit, quam verbis legis voconiæ hoc non contineri, sed a JCtis per æquitatem interpretationis hoc inde esse elicitum. Nam lex voconia prohibuit, ne fœminæ hæredes instituerentur, aliquid tamen illis testamento relinqui potuit. Vid. CICERONEM *in Verrem lib. I. c. 43.* AVGVSTIN. *de civit. Dei lib. III. c. 21.* DIO. *lib. III. c. 21.* SCHVLTING *ad* PAVLI *sentent. p. 412.* JANVS *a* COSTA *in commentar. ad instit. p. 353.* PERIZON. *in differt. de lege voconia p. 102 seqq edit.* HEINEC. Recte itaque cum M. VERRANEO MAVRO *de iure liberorum c. 27. &* MEANDRO *in Verrem* Cic. legetur: *voconiana ratione.* Legis autem voconiæ ratio erat, ut vetus autor apud JANVM *a* COSTA loquitur: *ne inflata, nimia habentia, impotentis sexus fragilitate, omnia sus deque habeant.* Notum est denique illud, quod mediæ ætatis prudentum interpretatio introduxit, singulariter ius civile dici. *l. 2. §. 5. de origine iuris, &* CVIACIVS, *ad h. §.*

§. LXVI. Sed cuncta illa e) per Iustinianum nov. 118. confusis agnationum & cognationum iuribus propemodum sunt mutata, & ordinem succedendi, quem ibi Imperator stabilivit basilicorum collectio probavit; f) ordo autem collateralium ita constitutus est, ut fratres Germani & sorores naturales & legitimi, nec non per subsequens matrimonium legitimati g) eorumque praemortuorum liberi iure repraesentationis sibi invicem succedant & quidem si soli fratres & sorores concurrant, in capita, si autem cum praemortuorum fratrum & sororum liberis concurrunt, in stirpes. h) Vltra fratrum filios autem ius repraesentationis, aeque ac duplicitas vinculi non attenditur, sed qui proximior defuncto, alterum excludit. Atque hoc ius succedendi in infinitum procedit. Quod ad successionem legitimorum sive adoptivorum attinet, illa non diutius, quam adoptio durat; postquam enim hi sunt emancipati, uti adoptio, ita etiam ius succedendi cessat. *l. pen. in fine C. de adopt.*; cessante namque causa coniunctionis, cessat etiam eius effectus, id est, successio reciproca.

§. LXVII. Quod si vero fratres bilaterales eorumque liberi deficiunt, unilaterales succedunt, & quidem si concurrunt consanguinei & uterini iuxta veriorem sententiam, quam supra probavi, consanguinei in bonis paternis, uterini in bonis maternis succedunt. i) §. LXVIII.

e) Vid. RANCHIN *de success. ab intest.* §. 13. f) Vid. *Synops. libr. basil. p.* 405.

g) TITIVS *in iur. privat. lib. VII. c. 1. §.* 26. huc refert etiam per rescriptum principis legitimos: verum cum hi saltim in subsidium succedant, parentibus eos etiam non successores puto in ordine collateralium, nisi legitime nati aut per subsequens matrimonium legitimati non adsint.

h) Si hi soli concurrunt, successio in capita ex constitutione Caroli V. in comitiis spirensibus 1529. facta obtinet.

i) BERGER *in oeconomia iuris lib. II. tit. IV. §.* 39. subscribit quidem contrariae sententiae: videtur tamen adstipulari Mullero, si bona commo-

dam

§. LXVIII. Spurii, si ex eadem matre geniti sive distinctos patres habent, sive non, sibi invicem succedunt, & cum fratribus legitime natis in hæreditate materna concurrunt; nisi germani adsunt, qui soli succedunt omnibusque matris collateralibus. Fratres autem naturales consanguinei nec fratribus legitime natis nec sibi invicem succedunt. Sic & verior videtur doctrina, fratres uterinos ex damnato aut adulterino coitu natis, ex iuris civilis dictamine sibi invicem non succedere, cum nec matri succedant. Sunt tamen, qui hanc successionem, ad instar spuriorum, propter vinculum admittunt: ast hoc vinculum naturale ob prohibitionem, quæ est ex lege, videtur negligendum. Nonnulli distinctionem faciunt inter coitum legibus damnatum & punibilem, & coitum nefarium & incestuosum, adduntque, non ex hoc, sed ex illo natos uterinos fratres sibi invicem succedere. k)

§. LXIX. Si nulli sunt agnati aut cognati, l) Prætor coniugibus successionem dedit. Vid. tit. *unde vir & uxor*. In collatione legum mosaicarum m) hæc leguntur Vlpiani: *post sanguineos Prætor vocat cognatos. Cognati autem sunt, qui nos per patrem aut matrem contingunt. Post cognatum virum*

dam divisionem non recipiunt, collateralium liberis adiudicanda esse, a quorum parentibus pervenerunt.

k) Conf. STRYK *de success. ab intest. dissert. III. c. 1. §. 39.* ubi pro hac sententia MESAVRVM *lib. 1. quæst. forens. 22. n. 24. citat.*

l) Id quod iure prætorio constitutum, lege deinde confirmatum est. Vide *tit. C unde vir & uxor. Ex nov. 53. nov. 117. c. 5.* Etsi proximiores legitimi non desint successores: attamen superstiti coniugi, si matrimonium est indotatum aut donationis propter nuptias expers, & defunctus dives, superstes autem coniux inops, ex defuncti bonis portio quædam debetur. Si tres aut pauciores adsunt liberi, quartæ partis hæreditatis, sin vero plures dantur, virilis portionis ususfructus competit, quod si vero superstes ille coniux cum ascendentibus aut collateralibus concurrit, portionis, quam accipit, pleno iure gaudet.

m) *Tit. XVI. pag. 799.*

rum & uxorem. Hoc de matrimonio cum coniuge romana, quæ uxor tantummodo erat per dotalia instrumenta consensu declarato, de qua plerique iuris nostri textus loquuntur n) est intelligendum, non autem de illa, quæ in manum mariti o) confarreatione coemtione p) aut

n) Dicunt supereste in iur. iustinian. coniugii per conventionem uxoris in manum mariti vestigia §. 1. *J. de hered. qualit. & different. l. 15. de ritu nuptiar. l. 1. & 19 de act. rer. amotar. l. 121. §. 1. de V. O.* Sed habet omnino CL. GRVPE in elegantissimo libro de uxore romana c. VII. p. 298. quæ circa hosce textus movet. De differentiis inter uxorem, quæ in manum convenerat, & quæ uxor tantummodo erat, vir doctissimus citat. cap. agit.

o) Sunt autores, qui de hoc argumento aliquid literis mandarunt, atque *Ciceronis*, *Dionysii*, *Halicarnassei*, *Gellii*, *Pauli*, *Vlpiani*, *Bœtii*, *Servii* aliorumque loca id illustrantia vel probantia attulerunt. Sufficiat nobis nominare CVIACIVM, JANVM *a* COSTA, THOMASIVM *in differt. de usu practico circa nuptias.* SCHVLTING *in iurisprud. anteiustin.* GVNDLING *in differt. de emt. uxor.* passim HEINECC. *antiquitat. romanar. ad instit. lib. 1. tit.* X. & Dn. GRVPE *in tractat. de uxore romana.*

p) Inter confarreationem & coemtionem differentiam suisse celeb. GRVPE contra *B. Thomasium*, qui hoc in differt. allegata negat, ostendit. Coemtio fiebat per æs & libram. Vid. SCHVLTING *ad instit.* GAII *pag. 133.* Confarreatio fiebat solenni ritu: Pontifex maximus nempe aut Flamendialis iungebat coniugium contrahentium dextras, symbol que adhibebantur, fruges, & mola salsa, atque matrimonium inituri in sellis ovis, quæ hostia fuerat, pelle super iniecta, velatis capitibus residebant. Aberrant BOETH. *in topica Ciceronis*, *Alexander ab* ALEXANDRO *in dieb. genial.* aliique, quos Dn. GRVPE *l. c. p. 167.* refert, quando arbitrati sunt, solis Pontificibus confarreationem convenisse. RÆVARDVS *ad LL. duodecim tabularum C. V. tom. 1. p. 95.* dictum BOETHII: *Confarreatio solis Pontificibus conveniebat* interpretabatur per solos Pontifices confarreationem peractam esse. Totum ritum conferreationis VLPIANVS *in fragm. tit. 9. p. 591.* apud SCHVLTING p. 591. describit: *Farre convenitur in manum certis & testibus decem præsentibus, & solenni sacrificio facto in quo panis quoque farreus adhibebatur.* Explicationem huius ritus vide apud SCHVLTING l. c. & GRVPE *p. 120. seqq.* Si accurate conferreationem perpendimus, haud dubie reperturi sumus, magnam cum nostra copulatione sacerdotali affinitatem habere.

aut uſu, id eſt, per uſucapionem quaſi convenerat. Hæc mater familias & domina q) dicebatur. Sunt qui autumant, hæc matrimonia eosdem habuiſſe effectus, quod mihi tamen de coniugio, ubi uxor uſu tantum fuit, dubium videtur; quippe quam non procul a concubina abfuiſſe credo. Inter effectus confarreationis & forte etiam coemtionis erat, ut bona tacito iure in maritum tranſirent r) & uxor in familia mariti ſuitatis iura conſequeretur. s) Neque hoc matrimonium diſſolvi potuit, ac ſi diffarreatione, quæ erat diſſolutio, ut ait FESTVS, inter virum & mulierem, interveniente farreo libo, rem haud dubie pontifice aliquo moderante. Non autem diffarreatio fiebat, niſi ob arduas cauſas.

§. LXX. Sunt cauſæ, quæ efficiunt, ut, quæ uxor a marito, & vice verſa maritus ab uxore exſpectare potuiſſet, amittantur. Huic claſſi inſeruntur, ſi alter alterum occiderit, aut vinculi coniugalis fidem fefellerit, aut ſi vidua intra annum luctus nupſerit l. 1. & 2. C. *de ſecundis nuptiis* immo ſolæ ſecundæ nuptiæ t) licet non intra

I annum

---

q) FORNERIVS *ſelect. lib. 1. c. XI. p. 47. ſeqq.*

r) CICERO *in topic. lib. 15.*

s) Notatu digna ſunt, quæ hac de re DIONYSIVS HALICARNASSEVS *lib. II. antiquit. roman p. 93. habet: Uxor enim pudica, inquit, & marito in omnibus obſequiis, æque ac ille domus erat domina, & in eius defuncti bona ſuccedebat heres, ſicut filia in parentis ex aſſe quidem, ſi is ſine liberis ac inteſtatus decederet, quod ſi prolem haberet ex æquo cum liberis.* Adde GAIVM *lib. II. tit. VIII. inſtit.* apud SCHVLTING. *pag. 133.* VLPIANVM *tit. XX §. 14 p. 638* GAIVM apud *autorem collat. pag. 791.* & SIGONIVM *de antiquo iure civium romanorum.*

t) Summo in Romanorum odio erant ſecundæ nuptiæ, Vid. PETRI MVLLERI *diſſert de ſecundis nuptiis* & C. L. BOEHMER diſſert. de eodem argumento. Patrum hac de re teſtimonia collegit FABROTTVS ad CVIACII *paratit. lib. V. tit. 9. enarrat.* Adde *tom. I. Cod. theodoſ. pag. 330.*

De

annum luctus contraherentur, modo ex priori marito superstites essent liberi, omnia, quæ a priori marito habebant, lucra adimebant *l. 2. C. Theodos. de secundis nuptiis.* Atque si maritus uxori ad secunda vota transeunti proprietatem legaverit, hac causa usumfructum retinebat, quod si vero ususfructus tantum legatus esset, ipso excidebat. *Tit. C. si uxor secundo nupserit, cui maritus usumfructum reliquerit.* u) Verum hoc novella XXXII. ita mutatum, ut fœmina secundo nubens usumfructum non amittat, nisi defunctus id specialiter caverit, valebatque legatum sub conditione non nubendi uxori a marito relicta. Quod praxin fori nostri intuitu pœnarum in secundas nuptias iure romano constitutarum attinet, variæ sunt doctorum de hoc argumento sententiæ. Saxonico iure pœnas secundarum nuptiarum non obtinere, nullum habet dubium. x) Quod autem ad fora iuris communis spectat, aliqui putant, in iis etiam secundarum nuptiarum pœnas, iure romano sancitas plane esse abrogatas. y) Contrariam sententiam LYNCKERVS z) defendit. Mihi videntur secundarum nuptiarum pœnæ apud Germanos nunquam obtinuisse, præter illas, quæ in favorem liberorum primi matrimonii constitutæ sunt, utpote

---

De Germanorum fœminis ait TACITVS *in Germ. c. 9. Melius quidem adhuc eæ civitates, in quibus tantum virgines nubunt, & cum spe votoque uxoris semel transigitur. Sic unum accipiunt maritum, quomodo unum corpus unamque vitam, ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum sed tanquam matrimonium ament.* Secundæ itaque nuptiæ penes maiores nostros vitium erant, non autem peccatum, quia non puniebantur.

u) Vid. JOANNIS ROBERTI *animadversiones iur. lib. I. c. 1. & 2. & ad illa capita* ANTONII MERCATORIS (CVIACII) notata.

x) CARPZOV. *part. II. d. 43 17.* BERGER *in œconom. iur. lib. I. tit. III. not. 2.*

y) BRVNN. *ad l. 10. C. de secundis nuptiis. Ludovici doctrina pand l. VII. tit. I. § 4*

z) *In analectis ad* STRVV. *tb. 53. &* MVLLER *ibidem tit. 9. n. 14.*

te quod nequit relinqui ſecundo coniugi plus quam uni liberorum prioris matrimonii minimum habenti. a) Enim vero punitur tantum quod eſt peccatum, ſecundæ nuptiæ penes Germanos non ſunt peccatum, ergo etiam rei alicuius amiſſione puniri non poſſunt. Quod autem, ea quæ ſunt in celebri *l. hac edictali C. de ſecundis nuptiis.* b) Germanis placuerit, ex æquitatis ratione eſt, ut nempe viduæ avertantur, ne poſterioris mariti favorem maxima bonorum ſuorum parte redimere cogitent; atque ita prioris matrimonii liberorum penitus quodammodo obliviſcantur. Solent enim permultæ fœminæ tantopere in ſecunda exardeſcere vota, ut affectus, quo alias matres liberos amplecti ſolent, plane fiant expertes; Sunt namque in iis ſtimuli carnis fortiores amore in prolem, quem ipſa etiam natura inſpirat.

§. LXXI. Coniuge ſuperſtite non exiſtente, collegium, quod tale in iure noſtro privilegium habet, cuius membrum fuit defunctus, ſuccedit. Quod ſi vero tale collegium deficit, ſucceſſio tanquam bonum vacans ad fiſcum pertinet. c)

§. LXXII. Reliqua adhuc eſt ſucceſſio ex legibus, ſtatutis & conſuetudinibus Germaniæ. Nullam regulariter feuda admittunt ſucceſſionem fœmininam, ſed requirunt ſucceſſores feudales aptos a primo acquirente ortos, iuxta legem inveſtituræ aut plures eiusdem gradus in

feu-

a) GVDELIN *iur. noviſſ. lib. I. c. XII. §. 9.* L. B. de COCCEII *in iur. controv. l. XXIII. tit. II. quæſt. 10 in fine.*

b) Vide *practicas quæſtiones ad famigeratum* hunc textum IOH. BAPTISTÆ HODIERNÆ *ICti Neapolitani.*

c) Vide ZIEGLERVM *de iurib. maieſt* & EINSIDELIVM *de regalib.* Ex iure communi ius fiſci ad Principem iure Saxonico ad iurisdict. criminalem ſpectat Ius fiſci ex conſtit. Divi Auguſti etiam in ducatu brunſuicenſi ad illum, qui merum habet imperium, ſpectat.

feudis dividuis, aut in individuis maiorem natu proximiorem secundum computationem iuris civilis. Succedunt etiam per subsequens matrimonium legimati d) uti & ante sacerdotalem ceremoniam concepti vel nati, non autem per Principis rescriptum legitimati, nisi cum clausula succedendi, unde tamen nullius iuri quaesito praeiudicium inferri potest. Consuetudines feudorum longobardicae in ius civitatis germanicae aliquo modo receptae, ut & ius feudale saxonicum & alemannicum foeminas e) regula-

d) Hoc in Marchia brandenburgica, ducatu madeburgico & terris brunsuicensibus except. patitur Constit. provincial. *march.* d. 15 Dec. 1687. COCCEIVS *de differentia iuris march. & communis tit. XXXIII. §. IV.* refert. iunge LVDOVICI *ad tit. ff. de his qui sui vel alieni iuris sunt.* Imo dubium valde est, an etiam ex iure feudali longobardico legitimati per subsequens matrimonium ad feuda sint admittendi, cum fictiones Romanorum gentes germanicae non sint secutae. HORN *in iurisprud. feudali* c. *XV. §. 3.* BITSCH *ad 2. f. 26.* In ducatu magdeburgico ex constit de anno. 1697. illi quoque, qui ex nobili & rustici filia nascuntur, feudorum sunt incapaces. MYLII *corp. constit. magdeb. Part. III. p* 471. In Saxonia electorali non succedunt ex sponsa nati, nisi fuerint sponsalia publica: in aliis vero territoriis videtur sufficere, si plenus adsuerit consensus matrimonialis. STRVV. *synt. iuris feud.* c. *IX. th. 3. n. 13* & qui eum in compendium redegit. STRYK *in exam. iur. feud.* c. *XV. p. 37.*

e) SCHILTER *in comment. ad J. F. A.* c. *43. §. 2. & 3.* STRVV. *in syntagm. iur. feud.* c. *9. th. 8 n. 1.* Creduntur enim ad officia palatina & militaria, ob quae feuda sunt data, parum aptae, succedunt tamen foeminae in feudis francis, ex quibus nulla debentur servitia, HORN *de feudo franco;* feudo censitico, SCHILTER *de natur. success. feudal.* c. *11 §. 20.* Feudo conditionato si officium quod praestandum a foemina decenter praestari poterit; feudo oblato secundum aliquos feudis hereditariis, in quibus admodum allodiorum succeditur, nisi pacto statuto aut consuetudine aliud obtineat, & promiscuis, qualia sunt permulta ecclesiastica, quae Krumstabs Lehne vocantur, Vid. THVMMERMVT. in libro cui titulus: Krummstab schleußt niemand aus. LVNIG *in corp. iur. feud.* Ad censum hunc spectant feuda franconica, ut ex WEHNERO constat; *feuda fuldensia* COCCEIVS *in differt. de feud. fuld.* SCHANNAT. *in client. fuldens. p. 4.* ubi docet,

gulariter feudis excludunt f) & ex iis natos 2. f. 36. Removentur quoque a feudis hermaphroditi, sexu fœminino prævalentes, naturales & spurii 2. f. 26. ex matrimonio ad morganaticam nati adoptivi, imperfecti & ad servitia inepti g) ut furiosi, mente capti, muti, surdi, cœci, clerici

cet, successive & quidem non ita vetusto ævo clientelas illas etiam ad fœminas, in defectum masculorum, ferri cœpisse; feuda Geldriæ, SANDE *de feudis Geldriæ*, feuda mecklenburgica secundum aliquos, sed hi aberrare videntur, intuitu omnium feudorum, STRYK *in exam. iur feud. c. XV quæst. 12.* quædam enim eorum fœminina esse negari nequit. Feuda austriaca, carinthiaca, tyrolensia; catimelibocensia & Saynensia, ITTER *de feudis illustr. c. 14 §. 13.* feuda, in quibus succeditur iure francorum; HORN. *in iurisprud. feud. c. XV.* § 7. feuda clivensia & iuliaca, quod etiam de ipsis ducatibus intelligunt Brandenburgici Vid. RHETII *differt. de feud clivens. & deduct.* apud LONDORP. nec non quæ hac de re in *Puffendorffii* rebus brandenburgicis leguntur. Ducatus illos feuda promiscua esse negant Saxones. FRANZK lib. III. resolut. 1. Quod si vero fœminæ ad feuda admittuntur, servitia per substitutum præstant aut adoham solvunt. Vid. COCCEII *differtat. de adoba & STRYK differtat. de success. in feudis masculis & fœminis concessa.*

f) Non tamen fœminæ a successione feudali remotæ omni ex feudo emolumento carent, quippe cum ipsis educatio & alimenta inde debeantur, nec non congrua dos, si bona hereditaria deficiunt. ANTON *disp. feud. 6. thes. 8.* VVLTEI *de feud c. IX. n. 87.* Hoc in feudis quoque Saxonicis & illustribus imperii obtinet. HORN. *c. XXI. §. 13. n. 57. Struve J. F. c. XX. §. 17.* In Pomerania filiabus ex feudo dos constituenda licet allodialia adsint bona. MEV. *part* II. *d. 119. & part.* III. *d. 367.* STRYK de feudis Pomeraniæ §. 17. Quid in Marchia hic obtineat, dubium est. RHETIVS ad J. F. p. 316. Singulare ius est, quod virgines nobiles in ducatu megapolitano, non extantibus masculis, usumfructum ad dies vitæ in feudis habeant. Dicitur das Erb-Jungfer-Recht. TORNOV. *de feud. mecklenb. pag. 211.*

g) Oportet tamen, ut illo vitio tempore delationis iam tum laborent; nam si post ius iam perfecte quæsitum inhabilitas accesserit, feudo non privantur. HORN *in iurisprud feud.* c *XV. §. 12. 13.* Potest enim adoha solvi, aut servitia per substitutum præstari queunt. Quid in feudo hæreditario obtineat, an nempe in eo inhabilis succedere queat,, vide apud HORNIVM *in iurisprud. feud.* c. *XV. §. 14.* SCHRADER *de feudis p.* VII. c. *5. n. 31.*

rici h) & monachi nec non feloniæ rei. i)

§. LXXIII. Non autem filius (Agnato hoc facere licet.) in feudo ſuccedens, iuxta ius feudale longobardicum 2. f. 45. feudum ab allodio ſeparare, ſi forte hæreditas ære alieno gravis eſſet, & repudiato allodio feudum adire poteſt, ſed utrumque aut dimittere, aut retinere debet. Hoc tamen iure feudali Saxonico aliter ſe habet. k)

§. LXXIV. Aſcendentes regulariter in feudis non ſuccedunt, niſi id expreſſe actum, quoniam vaſallus liberis non aliis proſpicere voluit l) 2. f. 23. 2. f. 50. Sunt tamen caſus, ubi pater in feudo ſuccedit; non quidem ſi alicui pro ſe & hæredibus ſuis conceſſum; nam in iure feudali per hæredes regulariter tantum deſcendentes maſculi intelliguntur: ſed ſi ei inveſtitura conſultum, aut ſi pater in favorem filii feudo antiquo renunciaverit, aut avus, conſentiente filio tale feudum in nepotem transtulerit, filio aut nepote ſine hæredibus feudalibus decedente feudum ad aſcendentem redit. Idem obtinet in feudo no-

h) Sacram enim militiam profitentes, a ſeculari eiuſque cura abſtinere debent; atque igitur feudis penitus excluduntur ita ut ne quidem per ſubſtitutum ſervire queant. Nec admittuntur, licet clericorum numero renunciare, & ad ſeculum redire velint. Vid. BITSCH ad 2. feud. 30. HORN *in iurisprud. feud.* c. XV. § 15. Et ſi quis monaſterio ſe mancipat, feudum non monaſterio, ſed domino aut agnatis cedit. Aliter autem ſe res habet in feudo hereditario, & in illis feudis, ex quibus nulla debentur ſervitie, aut ſaltim commode a Clerico præſtari poſſunt In electoratu Saxoniæ clerici ad feuda admittuntur, modo non ſint monachi, & ſervitia per ſubſtitutos præſtent; atque hoc per totam Germaniam eſſe receptum uſus docet, ut ita multo minus dubitandum, an equites ordinum eccleſiaſticorum, quippe qui ſacrum pariter & ſecularem militiam profitentur, a ſucceſſione in feudis ſint arcendi. HORN *in iurispr. feud.* c. 15 §. 15.

(i De aliis feudorum in capacibus, confer HORN c. §. 16.

k) Vid. STRYK *diſſ. de differ. iuris feud. Saxonici a iure feud. communi* §. 26.

l) BITSCH *ad citat. text. l. F.* STRYK *exam. iur. feud.* c. 16. q. 1. VVLTEI. c. 9. n. 101. Vid. tamen 2. f. 12. & 2. feud. 84.

do novo ad modum feudi antiqui concesso, aut si filio ob bene merita patris feudum datum; vel sit mere hæreditarium, aut si tale quid consuetudine aut statuto loci, ubi feudum situm, placuerit. m) Concurrunt autem tunc cum patre fratres germani & consanguinei n) quod tamen displicet Strykio, o) nisi sit feudum hæreditarium.

§. LXXV. Collaterales, qui sanguinis iure a primo acquirente descendunt, in feudis succedunt 2. f. 50. p) Iure Saxonico neque ascendentes neque collaterales in feudo succedunt, nisi ipsis per investituram simultaneam sit consultum. q)

§. LXXVI. Nec uxores in feudis succedunt, nisi investitura comprehensæ, r) nec fiscus, nisi dominus quoque sine hærede vitam posuerit. Interim viduis etiam nobilibus & illustribus ex feudo Morgen Gabe & dotalitium debetur, s) ita ut si hoc ad consuetam constitutum summam, & dos illata, nec agnatorum, nec domini consensu dotalitium constituens indigeat, nisi lege aut pacto aliud

---

m) STRYK *exam. iur. feud.* c. XVI. q. 4. SCHRADER de feud. part. VII. concl. 6. HORN *in iurisprud. feud.* c. XVI. § 2.

n) SCHRADER *de feud. l. c.* ROSENTHAL *de feud.* c. VII. c. 14.

o) *L. c. quæst. 6.* Cum hoc sentit. HORN l. c. §. 4.

p) Vid. SCHILT. *I. F utr. c. VI §. 23.* Collaterales primi acquirentis non succedunt, nisi pacto ipsis prospectum.

q) HRORN l. c. §. 5. seqq. STRYK l. c. c. XVII. *quæst 25. & de success. ab intest. diss III. c. 2.* SCHILTER *in dissert. de simultanea investit.* quæ comment. *eius ad ius feud. alemann.* adhæret. STRVVE pater *synt. I. F. c. IX.* Cl. STRVVE, filius *iurisprud. feud.* c. XIV.

r) COCCEIVS *in hypomnemat. iur. feud. tit. X. §. 12.* STRYK *de success. ab intest. dissert.* IV. c. 2.

s) De dotalitio agunt HENELIVS & SPRENGERVS. STRYK *de success. ab intest. dissert.* IV. & *in dissert. de vidua nobili saxon. & march.* COCCEIVS *in I. P. c. 28.* MYLERVS *in gamologia* c. X. ill. Dom. de LVDOLPH *de iur. fæmin. illustr. sect. II. membr. 2. celeberr.* BVRCARD GOTTHELFF STRVVE *iurispr. f. c. XX.*

liud statutum sit. t) Absorbet autem regulariter dotalitium dotem u) & quando vidua ad secunda procedit vota, amitti solet; recipit tamen dotem numeratam & etiam propter nuptias donationem x) & quam diu ipsi non est satisfactum, retentionis iure utitur.

§. LXXVII. Successio allodialis Saxonica distincta a successione iuris civilis habet dogmata. Non enim cum ascendentibus admittuntur collaterales, & in linea collateralium cum fratrum germanorum filiis admittuntur fratres unilaterales. Neque inter collaterales ius repraesentationis locum habet. Aliae adhuc huius sunt doctrinae, de quibus doctores conferendi sunt. y) Horum numero est differentia inter res geradicas, in quibus filiae & si illae desunt, proximae cognatae tantum succedunt, & res expeditorias, quae ad solos masculos perveniunt. z)

§. LXXVIII. Iure Saxonico maritus omnia uxoris bona mobilia nomina & actiones, quae ad mobilia pertinent, accipit; Ita tamen, ut si liberi ex bonis immobilibus legitimam habere nequeant, inde illis porrigatur. a) Atque maritus fit haeres mobiliaris universalis uxoris, ex quo thalamus conscensus fuerit, licet nulla corporum coniunctio accesserit. Vxor si pactis dotalibus nihil determinatum marito, perinde, ac iure communi dispo-

si-

t) In Marchia & ducatu magdeburgico sine consensu principis dotalitium in feudo non potest constitui. STRVK *de success. ab intest.* disput. IV. c. 2.

u) In ducatu bremensi hoc aliter se habet, ut ex iure eq. bremens. apparet.

x) Dom. de LVDOLPH *de iur. faeminarum illustr. p. 183.*

y) STRYK *de success. ab intest. dissert. III c 3.*

z) STRYK l. c. GOLDECK de successione geradica. Sunt in Marculphi formulis quaedam Geradae vestigia Vid. BEIER *in specim. iur. german lib II. c 14.* STRAVSSII *dissert. de success. bergelwettica.* Clerici, quorum vitae ratio a militia abhorret, non partem in rebus expeditoriis, sed ingerada habent.

a) STRYK *de success. ab intestato dissert. IV. §. 7. seqq.*

ſitum; quandoque aliter ſuccedit. *)

§. LXXIX. Perveniendum iam ad ſpecialiora ex legibus provincialibus ſtatutis & moribus ſucceſſionum ab inteſtato argumenta. Antequam vero, quod hoc eſt thematis, pertractandum ſuſcipiamus, pauca de ſtatutis in genere præmittenda ſunt. In ſucceſſione immobilium ad ſtatuta loci, ubi ſita ſunt, reſpiciendum eſſe, dubio caret: b) quoniam ſub illius iudicis iurisdictione ſunt *l.* I. *& ult. C. de in rem act.* Immobilium autem ſucceſſione, normam decidendis controverſiis ſuper ea exortis ſtatuta domicilii, quod defunctus habuit, præbent. c) Nam mobilia non in certo loco ſita dicuntur ſed perſonam ſequuntur, d) quæ illius loci, ubi domicilium conſtituit, ſe ſubiecit ſtatu-

*) Si conſuetudine aut ſtatuto invaluit, ut uxor in tertia aut dimidia bonorum parte, ut fere per totam Miſniam obtinere, dicitur, tunc liberis conferre tenetur lucra nuptialia, utenſilia & omnia ſua bona mobilia & immobilia, quæ marito ſuperſtiti ad ipſam pervenerunt. Et hoc caſu debita quoque hereditaria cum cæteris cohæredibus ſolvere tenetur. Land-Recht *lib. 1. art. 24.* Accipit quoque, quæ in iudicio, ubi bona ſita, ipſi donata: Quod ſi vero ſtatutum aut conſuetudo non adeſt, ſecundum authentic. *præterea* vidua ſuccedit in quartam partem, ſive inops ſit ſive dives. Conf. SCHVRERIVS *de hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur p. 309.*

b) SANDE deciſ. *friſicar. lib. IV. tit. 1. def. 7.* MEVIVS *in quæſt præliminar. ad ius lubecenſ.* STRYK *de ſucceſſ. ab inteſtato diſſert. I. c. 5.* Neque formulam clauſulæ, quæ forte in ſtatuto reperitur, die Güter mögen liegen wo ſie wollen, aliquem habere effectum tradunt CARPZOV *pag. III. c. 12.* RICHTER *de ſucceſſ. ab inteſtato proœm. n. 35.*

c) MEV. ad *J.L. part. II. tit. 2. art. 10. n. 22. & in quæſt. prælim. 6. n. 23.* STRYK *l. c.*

d) Niſi defunctus aliud voluerit MEV. *p. V. d. 168.* Immo ZOLLIVS *in diſſert. de præferentia ſtatutorum diſcrepantium* §. 25. etiam in mobilibus nominibus & actionibus ad res mobiles pertinentibus, ſi de ſucceſſione quæritur, iura loci, quo bona exſtant, reſpicienda eſſe, affirmat, *quoniam omnia bona in territorio alicuius exiſtentia, adeoque etiam bona mobilia ſive civium ſive peregrinorum imperio & iurisdictioni domini territorii, in quo exiſtunt, ideoque etiam eius ſtatutis, ut effectus iurisdi-*

tis & vidua succedit secundum statuta domicilii mariti. e)

§. LXXX. Domicilium autem duo constituunt, actualis habitatio & animus perpetuo remanendi. f) Neque parochi aliique clerici ecclesiæ protestantium se statutis loci illius civitatis, ubi parochos agunt, subtrahere possunt, quoniam sunt membra illius civitatis & loci, ubi munere ecclesiastico funguntur. Nec dubium habet, quod ædes parochiales, quas inhabitant, civitatis iurisdictioni subsint. Neque ita ad parochos spectant g) quæ Doctores de ædibus aulicorum aliarumque personarum a civitatis iurisdictione penitus exemtarum habent. Apparet itaque, ministris ecclesiæ, utpote a iurisdictione magistratus oppidani personaliter tantum liberis, secundum statuta civitatis, in qua vivunt, succedi.

Sed quæritur, quid obtineat, si quis duplicem habeat personam moralem, ita ut secundum unam iuri statutario, secundum alteram iuri communi subsit. Respondetur ad illam tunc respiciendum personam, secundum quam revera iura domicilii exercuit, & quæ est principalis, licet accessoria quoad dignitatem h) secundum quam ima-

risdictionis subsunt. *Cum Zollio stat* COCCEIVS *in dissertat. de fundata in territor & plurium locorum concurrente potestate tit. II. & VII.* verum praxis ab eorum sententia discrepat, quod ipse quodammodo concedit *Zollius*, quando memorat, communem doctorum parœmiam esse, *res mobiles ad domicilium defuncti* destinatas *regi legibus domicilii, ubicunque* illæ existant.

e) BOEHMER *in iur. parochial. Sect. III. c. 2. §. 9.*

f) COTHMAN. *resp. XI. n. 12.* NICOLAVS BVRGVNDVS *in consuetudin. Flandriæ tractat. II. p. 96.*

g) BOEHMER *de iur. paroch. sect. II. c. 1. §. 2.*

h) Impingit itaque CARPZOV *in iurisprud. consistorial. lib. III. tit. 1. def. 8.* qui non attenta hac distinctione, indistinctim ponit, ministrum ecclesiæ, si academiæ civis est, a statutorum localium obligatione esse immunem. Hoc aliqui ad statuta personalia restringunt. Contrariam omnino *Carpzovio*

imaginarium tantum exercent domicilium ſit honoratior. Deinde licet perſona phyſica, propter qualitatem aliquam moralem, ſive dignitatem a foro aliquo ſit exemta; non ſequitur tamen, quod ſecundum aliam perſonam moralem, quæ per qualitatem illam moralem, ſive potius aliam iſtam perſonam moralem non abſorbetur, ſub ſtatutis loci, ubi commoratur, & animum ibi perpetuo commorandi habet, non maneat: porro, ſi quæſtio eſt de ſucceſſione in bonis illius, qui duplici perſona morali veſtitus fuit, interpretationis æquitas requirit, ut non in ſucceſſione determinanda ad illam perſonam, quæ honoratior fuit, ſed ad illam, vi cuius maiora habent commoda & facultatum incrementa, ſit reſpiciendum.

§. LXXXI. Hic addendum adhuc, ſi circa ſtatuti alicuius intellectum dubium exoritur, ex eo quod in vicinia & aliis illius territorii urbibus & oppidis obtineat, interpretationem eſſe petendam. i) Denique notandum, conſtitutionem generalem, ius civile romanum in ſucceſſionum caſibus obſervandum eſſe, ſpecialibus non derogare ſtatutis; nam genus non derogat ſpeciei, & omne ius correctorium ſtricte eſt interpretandum.

§. LXXXII. Ius repræſentationis inter deſcendentes ubique fere in infinitum obtinere, dubio procul eſt. Interim Rigæ nepotes a defuncti filiis a ſucceſſione excluduntur. k)

 §. LXXXIII.

---

zovio ſententiam MYNSINGERUS *centur. V. obſervat. 14.* & ab eo allegati fovent Doctores, qui tamen, ſine limitatione a me tradita, calculum non merentur.

i) MEVIUS pag. II. d. 251.

k) *Stat rigenſ. lib. 4. c. 2. §. 3.* STRYK *de collat. iur. rigenſ. ſtatut. cum iure communi c. 6. n. 52.* Hoc autem iure lubecenſi non obtinet. Vide MEVIUS *ad J. L. p. II. tit. 2. art. 1. n. 18.* Jure prutenico quoque lib. V. tit. 12.

§. LXXXIII. In terris marchicis, quæ iure civili in successione descendentium legitima disposita sunt, locum habent: peculiare tamen ex constitut. Ioachimi electoris §. 4. est, quod ius repræsentationis in nepotibus desinat. l) In Pomerania utraque maiorum placita de rebus expeditoriis & geradicis observantur. m) Marchia autem res expeditorias & Geradam ignorat; illud tamen ius contra alios eo utentes retorquet.

§. LXXXIV. Halberstadiensis principatus & Magdeburgicus ducatus n) ex Saxonicis haud dubie placitis reli-

tit. 12. art. 1. §. 8. descendentium ius repræsentationis nullo terminatur numero. Quod si vero ex diversis coniugiis adsunt liberi, quilibet sui parentis bona præcipua habent; communis autem parentis bona inter se æqualiter dividunt. Tale quid etiam statuta francofurtensia, quæ sub reformationis nomine comparent, part. V. tit. 1. fol. 194. continent.

l) Vid. HOFFMANNI *differt. ad constitut. Joachimi I. elect. brand. pag.* 81. Refert tamen ex SCHEPLIZIO STRYK *de success. ab intest. differt I. c.* 4. §. 12. ab hac constitutione observantia & recentiori lege JOHANNIS GEORGII *in declarat. ordinat. camer. part. III. tit.* 12. discessum esse, & hodie inter descendentes ius repræsentationis in infinitum procedere.

m) Vid. ROTHSCHUTZ *de dotalitio & MULLERI differt. de eo quod iuris est circa successionem hergewetticam in Pomerania orientali.* Quid Stetini res expeditoriæ, quidve gerada complectantur, in senatus stetinensis decreto de anno 1479. exprimitur. Atque si maritus æri alieno obnoxius est, uxori non dos, quoniam ibi communio bonorum obtinet, sed tantum geradicæ partes salvæ sunt. Traditur hoc in attestato senatus stetinensis de anno 1578. Puto vocem Hergeræhte in Hergewette corruptam esse, & vocabulum Gerade non ab ausraden, ut videtur censere BESOLDUS *in thesauro practico*, dictum, sed esse synonymon vocis Geræht dialecto saxonica veteri expressum. Origo autem vocis verbo berathen, berathen, consulere, rebus sequioris sexus tribuenda videtur. Partes tam geradæ, quam rerum expeditoriarum seculi luxus valde auxit, & circa eas leges & mores, in quibus præcipua illa recepta sunt, valde discrepant. Conf. GOLDECK *de gerada.* STRAUSS *de successione Hergewettica.* BAIER *in spec. iuris germ. lib. II. c.* 14. RICHTER & STRYK *de success. ab intest.*

n) Vide varias apud MYLIUM *in corpore constitut. magdeburg.* hanc ad rem attinentes, constitutiones & Magdeburgische Willkühr *part. III. §.* 1.

reliquum habent, quod masculis res expeditoriæ, fœminis gerada, ut præcipuum quid, cedant.

§. LXXXV. Terræ Guelphicæ in plerisque ordinem succedendi iure civili stabilitum sequuntur, & iuri saxonico valedicentes, maximam partem cum eo de rebus expeditoriis & geradæ sanctiones exuerunt. Helmstadium diu ante iuris saxonici abrogationem geradæ onere, mariti liberorumque rebus, imo reipublicæ quandoque valde noxio, per Pontificis Martini bullam o) a Duce brunsuicensi ratam habitam, nec non cæsaris Friderici III. Magni Ducis brunsu. Iohannis & Henrici abbatum werdinensium diplomata p) liberatum fuit. Civitatis brunsuicensis statuta q) res expeditorias & geradam suis annumerant titulis: sexus autem masculini aut fœminini præcipua illa per Rudolphi Augusti constit. de anno 1675. cum reliquis iuris Saxonici capitibus urbe eiecta dicuntur; salvo tamen, ut in aliis terrarum brunsuicensium partibus, retorsionis iure. Vrbs Cellensis inter statuta sua r) aliquod etiam

o) *in bulla Martini V.* leguntur verba: *talem in oppido ipso detestabilem aliquando vituisse, tuncque observari consuetudinem, quod inter coniuges inibi mulieribus sublatis de medio & superstitibus maritis omnia & singula vestimenta, lectisternia, pepula, torcularia aurea & annuli aurei, & alia muliebria Vrowenrade vulgariter nuncupata ac pro ipsarum ornamentis mulierum deputata bona, in quibus plerumque coniugum eorundem substantiæ pars consistebat potior mulierum prædictarum ex suarum parte matrum hæredibus proximis cesserant, maritis ipsis ac etiam coniugum eorundem exstantibus liberis plerumque propterea paupertatis & egestatis notæ subactis, unde plures ex illis debitorum & aliorum onerum sarcinis obvoluti exules fieri cogebantur &c.*.

p) Diplomata hæc collegit B. Abbas SCHMIDIVS in dissert. cui titulus est: *Helmstadium secul XIV. & XV. per Frawenradam valde afflictum.*

q) *Tit. XXI. seqq. & ordinatio iudicii inferioris, atque processus ibidem recepti reformatio tit. XVII.*

r) Statuta cellensia autorem habent Ottonem puerum, qui ea *anno 1300.* pro-

iam de rebus expeditoriis & gerada habet. s) Sed dubium videtur, an huius ſtatuti, poſt ſublatum in ducatu lüneburgico per *ordinationem politicam* c. XXVI. iure ſaxonico aliquis adhuc ſit uſus. Supereſſe aliquem eius uſum in urbe cellenſi LVDOVICI t) aſſerit, ex ea forte ratione, quod generalis conſtitutio ſpeciali ſtatuto, non deroget, niſi eius ut abrogati ſpecialis in generali illa conſtitutione facta ſit mentio. u) Vrbs Luneburgum x) quæ ex privilegio Principis αὐτονομίας iure gaudere fertur, ex ſtatuto rebus expeditoriis & geradæ indulget y) Civitas Vlzenſis eodem cum civitate luneburgica utitur iure. z)

§. LXXXVI. Vrbs mindenſis quoque & Hervordienſis maſculorum prærogativam in rebus expeditoriis & fœminarum in rebus geradicis agnoſcit. a) *In ordinatione politica* lippiaca Erneſti XIX. ſequentia leguntur. Ob wohl die Sächſiſchen Rechte in unſerm Lande nicht ſtatt haben; jedoch weil die Gerade in denſelbigen gezogen und Hergereide genommen werden / ſo laſſen wir ſolches auch/ ſo

promulgavit. Hæc in cunabulis ſuis a LEIBNITIO tom. III. R. B. ab interitu vindicata. Confirmatæ & renovatæ ſunt municipales illæ leges a Friderico Duce 1447. & novam, ſub Erneſti & Franciſci Ducum auſpiciis 1698. induerunt formam. Noviſſima editio ſtatutorum illorum collectioni conſtit. de anno 1712. eſt inſerta. Vide ENGELBRECHT in *fontibus iur. Brunſuic. pag. 31.*

s) Vide Celliſche Gerichts-Ordnung, gemeine Beſcheide ꝛc. p. 835.

t) *In præfat. iur. feud. ſaxonici.*

u) C. I. *de conſtit. in 6to* SCHILTER *exercit. II. ad pandectas §. XI.* qui quæſtionem limitationibus ſubiicit.

x) Luneburgicæ antiquæ leges municipales Tom. III. leibnit. Adauctas haſce in novem partes diſtributas ab Huſano Syndico urbis primario anno 1582. ſub tit. Reformation de Stadt Luneburg Policei tradit *Engelbrecht l. c. pag. 31.*

y) Lüneburgiſches Stadt-Recht ſechſter Theil p. 91. ſeqq.

z) Scimus hoc ex manuſcripto aliquo, cui titulus: Nachricht von der Stadt Ülzen.

a) *Statuta mindenſia lib. II. tit. IV. p. 259. ſeqq. apud Cruſium.*

so weit als es durch Gewohnheiten eingeführet/ bey Kräften. An autem hoc ius per privilegium comitis lippiensis anno 1580. civitatibus lippiacis Lemgow. b) Horn/ Blomberg/ Saltz-Uffeln und Detmolt datum de tollendo rerum expeditoriarum & geradicarum exauctoratum sit, multum sane habet dubii, quoniam privilegium illud ad dictas civitates restrictivum sit.

§. LXXXVII. Bremæ & Lubecæ gerada & res expeditoriæ non habent locum c) Goslaria sanctiones hergewetticas & geradicas antiquis suis municipalibus accenset legibus. d)

§. LXXXVIII. In terris holsaticis dithmarsicis & iuticis pleraque iuris romani in successione obtinent. e) Francofurti una cum liberis, qui soli in immobilibus parenti defuncto succedunt, in mobilibus pro dimidia parte coniux superstes succedit f) ita tamen, ut parenti reliquo in bonis liberorum usus fructus competat. §. LXXXIX.

---

b) Lemgoisches Stadt-Recht *c. 11.*

c) KRÆFFTING *in gloss. ad statut. bremens. 250. p. 311. & 312.* KOCH *in specimine collationis differentiarum iuris civilis &c. p. 125. Jus lubecense lib. XI. tit. 2 art. 15.* Antiquioribus temporibus Bremæ & rerum geradicarum sive utensilium muliebrium & expeditoriarum usum fuisse ex statutis huius urbis liquet: postmodum autem hoc ius ab usu recessit. Hartwici archiepiscopi bremensis iussu anno 1206. geradam Bremæ esse abrogatam, glossator ad ius bremense docet.

d) Apud LEIBN. *tom III. rerum Brunsv pag 485.*

e) Vide Dithmarisches Land-Recht *art. 31. p. 38.* Id tamen hoc iure singulare est, quod filiabus cum fratribus germanis, ad hæreditatem bonorum immobilium, quæ parentum fuerunt, concurrentibus æquales suæ partes pecunia pensentur: Vetera autem Dithmarsorum statuta de rebus expeditoriis & gerada art. 31. iur. prov. abrogata sunt. Jütisches Low-Buch *l. I.* c. 4 spernunt iuticæ leges ex placito haud dubie Cimbrorum, testamentariam dispositionem; Legari tamen potest ultima voluntate Seele Gifften oder das milde Geben zu Kirchen, Klöstern, Hospitälern, Armen-Häusern. Vide Low-Buch lib. I. c. 39 lib. III. c. 45. 46. Bonorum hæreditariorum (aviter) duæ hic partes filiis, fœminis una tribuitur, Low-Buch I. c. c. V.

f) *Reformatio francofurt. part. V. tit. 1.*

§. LXXXIX. In Silesia etiam successio hergewettica & geradica locum habet. *) Apud Polonos soli filii, in familiarum conservationem bonorum paternorum sunt hæredes, filiæ dote, quæ ipsis pro facultatum viribus constituitur, contentæ esse debent. Si autem filii desunt, filiæ omnibus præferuntur collateralibus; ita tamen, ut si hæ bona immobilia vendere velint, agnatis ius retractus competat. g) Curoniæ statuta sexus quoque habent rationem. In iis enim §. 182. tali modo dispositum: *Lege publica filii filiabus, mares fœminis sunt præferendi in successione nimirum, ut fratres unus sive plures tres partes capiant totius hæreditatis, sorores quartam, ne tripla sit portio fratrum singulorum singularumque sororum.*

§. XC. Iure lubecensi liberi non separati a parentum successione liberos separatos excludunt. h) Hamburgi etiam aliquod ius separationis & exclusionis a successione legitima in liberis obtinet, nempe iis, qui dotem a parentibus acceperunt, ac præsentibus duobus proximis cognatis, sponsaliorum tempore contenti fuerunt, nisi expresse aliud actum fuerit, cum reliquis suis fratribus

---

*) STRYK *dissert. de differentiis iuris communis & Wratislaviensis §. VII.*

g) HERBURT. *sub. tit. dos seu dotalitium & sub. tit. filiæ quæ hæreditant* DRESN. *lib. II. instit. polon. tit. 25.*

h) *Jus lubec. lib. II. tit. 2. art. VI.* De hac separatione MEVIUS *in comment.* prolixe agit. Erat hic vetus ex patria potestate exeundi mos Germanorum vide THOMASII *dissert. de quasi emancipat. Germ. § 24.* BAIER *in specimine iur. germ. lib. I. c. 26. §. 65. 66. 67.* Saxonica separatio ius succedendi salvum relinquit, modo separati ea, quæ antea acceperunt, conferre velint; nisi in separatione successioni parentum renunciassent. Immo iure lubecensi separati, si non separati non exstant, omnibus præferuntur collateralibus & superstiti coniugi, nisi in cuius favorem separatio sit facta. Testamenti ratio, nimirum quod pater in favorem separatorum ultima voluntate disponere possit, vix habebitur, si non ad Romanorum placita, sed patrios mores respicimus.

bus ad patris vel matris ſucceſſionem non admittuntur. i)

§. XCI. Bremæ ius quoque ſeparationis obtinet, ita tamen ut liberi ſeparati una cum non ſeparatis, parentibus ſuccedere queant, ſi accepta conferre velint. k) Goslariæ leges antiquæ l) de liberorum ſeparatione ſequentem in modum loquuntur: *Hefft de Vader oder Mæder ore Kinder affgedeelt, wat der Kinder ſtervet oder erve velt upp de ſuſter de ungetuueyet ſin van Vader un de Mæder, wane aver de leſte Suſter oder Broder ſterfft, ſim erve velt uppe Vader oder Mæder. Hedde ſik aver der Kinder iennich bemanned oder bewivt, unde ſtorve, de ervede vord uppe ſynen echten gaden unde Kinder.* Luneburgi quoque liberorum ſeparatio non eſt ignota. m)

§. XCII. Cum iure lubecenſi quoad ſeparationem liberorum Gedanenſium mores coincidunt; id tamen hi ab eo ſeparatum habent, quod liberi ſeparati cum non ſeparatis ad parentum concurrant ſucceſſionem, ſi accepta bonaque hæreditaria conferre velint. Aliter autem ſe res habet, ſi iureiurando aut in conſtituto iudicio ſucceſſioni renunciaverint. n) Statutum curonicum §. 187. hæc habet: *Pater, ad ſecunda vota tranſiens, fortunas ſuas omnes cum liberis primi matrimonii ex æquo dividere, ac pro eius portione, quam vel retinere vel in emolumenta liberorum exponere poteſt, fructibus eos alere & elocare tenebitur.*

§. XCIII. De Hildeſienſi liberorum ſeparatione, quæ æque ac Lubecæ coram magiſtratu fieri debet, ſtatutum

L

i) *Statuta Hamburg. tit. III. art. 2 & 7.* LAUTERBACH *in diſſert. de different. iur. civil. & canonici cum ſtat. hamb. §. 81.* JAC. BLOCK *different. 51.*

k) Vid. *gloſſ ad ſtat 19. §. 12.*

l) Apud LEIBNIT. *Tom. III. rer Brunſv. pag. 484.*

m) *Jus ſtatut Lub. part VI. tit. VI. ſeqq*

n) KLEIN *in diſſert. de convenientia iuris culmenſis & gedanenſis cum iure communi &c. decad. IX. §. 4.*

tutum anno 1637. promulgatum, sequentem in modum loquitur: Stirbt einen Mann sein Weib/ und hat mit ihr Kinder erzeuget/ so noch am Leben/ so lange er Wittiber bleibet/ mag er nicht genöthiget werden/ die Güter mit seinen Kindern zu theilen/ sondern behält und geniesset alles/ was er vor sich oder mit seinem Weibe empfangen/ ererbet oder sonst erworben hat. Schreitet er aber zur andern Ehe/ muß er seine Kinder ablegen/ und ihnen den halben Theil aller seiner Güter alsobald herausgeben/oder mit einen gewöhnlichen Raths-Ablags-Brieffe versichern/und sie damit von väterlichen u. mütterlichen Gütern gäntzlich abtheilen. Stirbet aber einer Frauen ihr Mann/ und lässet Kinder instehender Ehe mit ihr im Leben/ so lang sie diesen ihren Wittiben Stand nicht verrückt/ behält sie ihres Mannes gantzen Nachlaß und dessen usum fructum, und mag nicht gedrungen werden mit ihren Kindern zu theilen: Da sie aber einen andern Mann zu nehmen gewillet ist/ muß sie den gantzen Nachlaß mit den Kindern in capita theilen/ u. bekömmt sie nicht mehr als Kindes Theil. Begebe sichs auch/ daß ein Mann oder Frau einen andern Ehe-Gatten nehme/ und blieben mit ihren Kindern erster Ehe in ohnzertheilten Gütern (welches aber doch/ wie obstehet/ allerhand Ungelegenheit zu vermeiden/ nicht seyn soll) und deren eins versterben würde/ so muß der letzt lebende die Kinder erster Ehe/von den gesamten Gütern ablegen/ wie vorher geschrieben stehet. Multæ sunt præter Susatiam o) aliæ Westphaliæ urbes, in quibus ius separationis liberorum quoque viget.

§. XCIV. Pauca sunt terrarum germanicarum, quæ, quoad ascendentium successionem, cum iure Saxonico aut

o) Susatensia iura per Henricum Leonem Lubecam sunt delata, & in ius Lubecense transmigrarunt. Vide CONRINGIANA *Tom. VI. p. 153.*

aut romano non conveniunt: Singularia tamen ius lubecense habet. Horum numero est, ut pater & mater per defuncti fratres & sorores separatos, & hisce deficientibus, per non separatos a successione excludantur; p) Separatione enim facta tacite parentes iuri succedendi quodammodo videntur renunciasse. Quod si autem filius non separatus fatis fungatur, bona non ad fratres & sorores, sed ad parentes perveniunt. Hamburgi avum & aviam defuncti fratres germani excludunt q) illi autem ibidem cum fratribus consanguineis & uterinis in capita concurrunt, per quos Lubecæ sub memorata tamen distinctione, removentur. Vrbis Luneburgi statuta r) parentum socios, si de liberorum successione sermo est, defunctorum fratres & sorores, licet sint bilaterales, nolunt. Quod si vero ad secunda vota coniugum quis se convertat, & ex prioris matrimonii liberis sive separatis sive non separatis quis moritur, ipsi non pater aut mater, sed fratres & sorores succedunt.

§. XCV. Jure Culmensi & gedanensi statutario receptum, ut uterque defuncti parens fratres & sorores etiam bilaterales a successione removeat, si vero parentum unus ante denatum filium vitam posuerit, parens superstes a fratribus & sororibus, defuncto ab utroque latere iunctis excluditur: ast ille vicissim bilateralium filios & fratres sororesque unilaterales excludit, s) Et hæc distinctio iure prutenico quoque recepta est. t) In Polonia avus & avia fratribus germanis postponuntur. u)

 §. XCVI.

p) *Jus lub. lib. II. tit 2. art 1. & 7.*
q) *Statut. hamburg part. III. tit. 3. art. 12.* r) *Part. V. tit. III.*
s) *Jus culm lib III. tit. 9. c. 6. & revisum lib. 3. c. 29.* KLEIN *dissertat. de convenient iur. culmens.* &c. *decade IX. §. 5.*
t) *Jus prut. elect. hodie reg. art. 2. §. 5. 6. & final.*
u) LIPSKI *in observat. pract. Cent. II. observat. 21. n. 12. lib. V. tit. 12.*

§. XCVI. Marchia brandenburgica in plerisque ſucceſſionem collateralium a iure civili introductam ſequitur: Singulare tamen ex Joachimi I. Conſtitutione locum habebat, quod fratrum filii, cum patruis haud concurrentes, non in capita, ſed in ſtirpes ſucceſſerint, quod per Caroli V. conſtit. de anno 1529. mutatum dicit STRYK. x) Porro ſunt provinciæ Marchiæ Brandenburgicæ acceſſoriæ, quibus in ſucceſſionibus iuris Saxonici communis uſus relictus. y)

§. XCVII. Brunſvicenſia ſtatuta agnatis expeditorias vindicant res: an autem cognatæ uxoris ibi geradam petere potuerint, aliquid ex dubio habet; etenim in fine tit. 24. ubi geradicæ recenſentur partes, hæc exſtant: und das Frauen Geräth hat niemand zu fodern / denn die Frauen alleine / und ſonſt Niemand mehr / denn allein eine Frau nach ihres Mannes tode / oder wenn ſi ſonſt ihre Frauliche Gerechtigkeit zu fodern verurſachet wurde. Ex Saxonico quoque in illis ſtatutis z) iure eſſe videtur, quod cum fratrum & ſororum germanorum filiis unilaterales admittant fratres & ſorores. Volle Brüder und volle Schweſter Kinder ſollen als das hier gehalten wird / mit des Verſtorbenen Halb-Bruder oder Halb-Schweſter zu gleicher Theilung gehen. Reliqua circa collateralium ſucceſſionem romana redolent placita, & a Saxonicis abhor-

x) *De ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. III. c. 3. §. 12*

y) *Receſſ. neomarchic. de anno 1539.* HOFFMANN *ad Joachimi I. Electoris de ſucceſſ. conſtitut. p. 14. 15.* SCHEPLITZ *ad conſuetudines marchicas part. II. tit. 1. n. 5. p. 67.* qui male pro Zullichau legit Lic. Obiter hic notandum eſſe quæ in hoc libro coarguuntur a DISTELMEIERO filio in der Erinnerung von den neu ausgangenen ſtatutis und Gewohnheiten der Chur- und Marck Brandenburg.

z) Diverſa ſunt hæc ſtatuta 1579. a magiſtratu ſuffragantibus civibus promulgata, a priſtinis urbis Brunſvigæ legibus municipalibus, quæ *tom. III. ſcript. brunſvic. leibnit. continentur.*

horrent constitutionibus. Horum numero est, quod in successione collateralium inter consanguineos & uterinos bonorum distinctio observetur. An omnia Brunsuicensium statuta, ius etiam Saxonicum non referentia, a iure tamen communi distincta, per constitutionem de anno 1675. sint sublata, nisi specialiter a principe sint confirmata *) non extra controversiam esse videtur, quoniam ius correctorium stricte accipiendum, & statuta specialia generali sanctioni aut consuetudini derogatoriæ non subsint; nec non ordinatio cameralis, **) in decidendis causis singularia locorum statuta attendenda esse iniungit: verum enim vero verba constit. de an. 1675. pro affirmante sententia facit, quanquam ultima constitutionis verba ad hoc argumentum spectantia nonnullis non æque perspicua videantur. Non inutile erit, hæc constit. verba adiungere: Und in derselben Unter- u. Ober-Gerichten durchgehends kein anders als das allgemeine beschriebene und in unserm Fürstenthum u. Lande recipirte Käyserl. Recht/ samt den Reichs und andern Landes Constitutionen **vorbehältlich** Statuten a) **und** local-**Satzungen**/ die nur zu

 Auf-

*) Horum catalogum nectit CHRIST. JOANN. CONRADVS ENGELBRECHT *specim. I. de genuinis de cis. iur fontibus in terris Brunsvic. p. 38.* In recessu Salzdahlensi de anno 1597 hæc reperiuntur verba: Das man nicht allein in Proceß, sondern auch in Entscheidung der Sachen der gemeinen beschriebenen in Käyserlichen aber nicht der Sachsen Rechten, den allein, wofern in diesem Fürstenthum eine sonderliche Ordnung, statutum oder Gewohnheit dem Sachsen Recht gemäß vorhanden und zu beweisen, am Fürstl. Braunschw. Hof-Gerichte gebrauchen solle Adde Augusti ordinat. Cancellar. art. LIV. nec non Henrici iunioris Hof-Gerichts-Ordnung *tit. XXXI. §. 1. Julii tit. XXXII. §. final. & tit. LXVI.* Hæ tamen ordinationes tantum processum respicere videntur.

**) *Part. I. tit. 57.*

a) Antiquissima Brunsvicensium iura statutaria tomo III. S. R. B. Leibnitius indidit. Municipales has leges Otto puer I. civitati dedit, illasque filius

Aufrichtung besserer Policey und mehrerer Beforderung der Commercien mittelst Göttlicher Hülffe hiernächst in unserer Stadt Braunschweig confirmiren und neu errichten und publiciren werden / gültig seyn und selbige in Urtheilen und Recht sprechen / in Unter-und Ober-Gerichten attendiret / auch kein anders von den Advocaten und Procuratoren allegiret und angezogen werden / hingegen aber das so genante Sachsen-Recht / und die darauf gegründete oder daherrührende Stadt-Statuta und Gewohnheiten hiemit gäntzlich cassiret und abgethan seyn sollen.

§. XCIIX. Iure Lubecensi fratres non separati a successione defuncti fratris aut sororis excludunt fratres separatos & parentes, si ab his separati, non autem inter se; quod si vero parentes a liberis non sunt separati, defuncti filii portio ad parentem superstitem pervenit. Sed si ex separatorum liberorum numero aliquis denascitur, separati fratres & sorores ei succedunt, non separatis liberis & parentibus exclusis; ast si separati non amplius adsunt, separato succedunt non separati, & post hos parentes. b) Quod hic de fratrum successione dictum, ad eorum quoque liberos extenditur. c) Vnilaterales autem a germanis, sive separati sint sive non, eorumque liberis a successione arcentur. Accidit tamen, ut germanorum liberi per unilaterales excludantur, quando scilicet fratres germani fuere se-

Albertus renovavit. Præter statuta anno 1579. sub titul: Der Stadt Braunschweig Ordnung die Christliche Religion, auch allerhand criminal-Straff-und Policey-Sachen betreffend &c. edita, brunsvicenses alia adhuc habent statuta anno 1532 conscripta, sed hactenus inedita: Inscribuntur autem Stadt Recht zu Braunschweig, wie dasselbe durch Gnade Gottes des Allmächtigen in weltlichen Gottes Gerichte und Regiment ohne Ansehen einiger Persohnen hinführo solle verheget und unterhalten, bestellet, und die Stadt und einwohnende Bürger mit Friede und Recht regieret werden sollen.

b) Vide *ius lubec. lib. II. tit. II. art. 6. 7. 13.*

c) MEVIUS *ad citat. art.* 7. STRYK *de successione ab intest. disputat. III. c. 3. §. 18.*

re separati, defunctus autem non separatus. Alias si separatus fuerit, germanorum filii, etiam in hoc casu, unilateralibus fratribus iure succedendi sunt potiores.

§. XCIX. A iure communi ius lubecense in eo quoque est distinctum, quod tantum fratrum & sororum germanorum liberos patruis, avunculis, amitis & materteris præferat. d) Interim unilateralium liberi patruorum avunculorum amitarum & materterarum germanorum liberos a successione repellunt.

§. C. Si Hamburgi in orphanotropheis educati minorem agentes ætatem, moriuntur, tunc in bonis, quæ, antequam orphanotropheum ingrediebantur, habebant, orphanotropheum ante consanguineos ipsis succedit. e)

§. CI. Culmense & gedanense ius omnem vicariam successionem in collateralium classe spernit, & ubique unilaterales pro uno gradu remotioribus habet. f) In curonico statuto 194. sequentia leguntur: *ius repræsentationis inter collaterales ultra fratrum filios aut filias non servabitur, qui nepotes ex fratre cum patruis ad successionem defuncti in stirpes admittunt.* Relatum tamen accepi, aliquando inter collaterales etiam secundum repræsentationis gradum esse admissum. In Prussia regia brandenburgica fratris germani nepos a fratre unilaterali aut eius filio non excluditur, g) & unilaterales sub distinct. bonorum succedunt. h)

§. CII. Sed omissis, quæ adhuc de trium illorum ordinum successione statutaria dici possent, ad coniugum huius-

d) Hoc *Mevius* colligit ex eo, quod art. 18. lib II. tit. II. tantum liberorum, qui ex germanis fratribus aut sororibus nati sunt, mentionem iniiciat.

e) *Statut. Hamburg. part. III. tit. III art 17.*

f) KLEIN *dissert. de conver. iur. culm &c. decad. IX. §. 6.*

g) *Jus provinc. pruss. lib. V tit 12. art. 3. §. 5.*

h) *L. c. §. 6.* GRUBE *in compend. iur. regni prutenici lib. V. tit. 12. §. 5.*

huiusmodi tenoris ſucceſſionem, quæ obtinet, ſi nuptialibus aut ultimæ voluntatis nihil aliud conſtitutum tabulis, me convertam. Cumque communionis bonorum in portione ſtatutaria, quandoque ratio habeatur, conſultum puto, de illa communione pauca præmittere.

§. CIII. Originem eius non in antiquo Romanorum iure aut Pontificum placitis, ſed patriæ moribus ſtatutisque quærendam eſſe, cenſemus. i) Etenim non ſolum Germani, ſed etiam aliæ Europæ gentes matrimonii vinculum fortunarum omnium, laborum & periculorum ſocietatem arbitrabantur. Quo autem gentes maiori aut minori in coniugalem ſocietatem indulſerunt affectui, eo laxiorem aut ſtrictiorem coniugalem hanc eſſe voluerunt ſocietatem. Penes aliquos populos, pauciores tamen, omnimoda bonorum communio inter coniuges obſervatur: *) penes plures vero ſpecialis tantum, quæ plerumque durante matrimonio, acquiſita non excedit. **) Atque hæc indubio præſumitur.

§. CIV. At ne forte quis ſibi perſuaſum habeat, in ambiguo eſſe ponendum, tantum eſſe ſocietatis bonorum coniugalis in Europa uſum: aliquas gentes, apud quas viget, citabo. Vtuntur illa in Germania ducatus iuliacus & montium, ducatus Wurtenbergicus, marchionatus badenſis, pluresque in tractu ad Rhenum terræ & loca. Marchia

i) EICHEL *de comm. bonor.* §. *X. ſeqq* §. *XV. ſeqq.* Nihil habet dubii, quin communio bonorum pactis privatorum, in locis, ubi locum non habet, introduci queat, ſi lex probibitiva non obſtet.

*) Vt penes Luſitanos Antwerpienſes, Hollandos. Vide GAMMA *deciſ. 89. 176. 220.* penes aliquos hoc ad res mobiles reſtrictum, ut apud Bruxellenſes STOCKMANN *deciſ brabant. 62* Mechlinenſes. GORIS *tract. I. c. 1.*

**) In Burgundia inter ignobiles tantum lucra ex bonis mobilibus redacta inter coniuges communicantur. Idem inter illos, qui agrum Grœningenſem inhabitant, obtinere, teſtatur GORIS *in adverſ. iur. tract. I. c. 1.*

chia brandenburgica, Lubeca, Luneburgum, Minda & multæ aliæ Weſtphaliæ urbes, Hildeſia, item Friſia, Hollandia Geldria, Vltraiectum & forte reliquæ etiam uniti & Cæſarii Belgii provinciæ, item Gallia, Hiſpania, Luſitania, Sicilia, nonnullaque alia Italiæ territoria & urbes. k)

§. CV. Doctores ad hanc ſocietatem coniugalem cohabitationem coniugum requirunt; & quidem illius temporis, quo lucra quæſitá. l) Hinc colligunt, quæ maritus aut uxor ante hanc acquiſiverit cohabitationem & deductionem ſolius acquirentis eſſe. Si ab hoc, alterius coniugum culpa, diſceditur conſortio, innocenti ſua pars lucrorum integra debetur, & in dimidiam eorum, quæ nocenti tribuenda forent, admittendus eſt partem. m) Quid obtineat in ſeparatione quoad thorum & menſam, ICtorum controverſiis eſt obnoxium. n) Ego exiſtimo etiam, hic illum, cuius culpa coniugalis rupta cohabitatio, ſocietatis coniugalis amittere emolumenta.

§. CVI. An matrimonium putativum, eccleſiaſtica firmatum hierologia ſocietatis bonorum coniugalis commodis frui queat, in ambiguo collocatum eſt. Eichelio o) negativa arridet ſententia, & quidem propter l. unic. ff. *unde vir & uxor*, in qua dicitur *nihil propter iniuſtum matrimonium capi poſſe:* Verum enim vero matrimonium

in-

k) LAUTERBACH *de ſocietate bonorum coniugali* §. 4. EICHEL *de commun. bonorum* §. XVI. CRUSIUS *ad ſtatut. mindenſia d. 3. p. 175.* GORIS *in adverſ. iur. tract. I. c. 1.*

l) LOPEZ *de lucro mariti & uxoris c. 6. n. 1.* CHASSIANÆUS *ad conſuetudin. burgund. rubr. 4 § 2.*

m) Hoc modo in Hiſpania iudicatum refert LOPEZ l. c.

n) GARSIAS *de acquæſtu coniugali n 60.* COVARRUVIAS *de matrimonio part. II. c. 7. §. 1. n. 7.* SEGURA *ad l. 67. ff. de legat. 2. n. 39.*

o) *De communione bonorum 31.* Argumenta pro & contra, ut aiunt, vide apud STOCKMANNUM *deciſ. Brabant. 62.*

iniuſtum dici non poteſt, ubi utraque contrahentium pars in bona eſt fide, connubium ſuum legibus eſſe conforme; verior itaque contraria mihi videtur ſententia, quam SVAREZ p) cum aliis tuetur Doctoribus.

§. CVII. Alia adhuc occurrit quæſtio, perſonarum attributa ſpectans; an ſcilicet ſocietas illa bonorum coniugalis, ſi ea iuncti ad locum, ubi illius nulla habetur ratio, habitatum concedant, pereat? EICHELIVS rem diſtinctione expedire cogitat; nimirum ſi matrimonium contrahitur in loco aliquo, ubi communio bonorum inter coniuges obſervatur, ea intentione, ut ibi conſtantem fortunarum ſuarum ſedem figere velint, communionem illam durare, etiamſi ſolum deinde vertant, & in locum, ubi communio illa non eſt in uſu, ſe conferant, aliter autem ſe rem habere, ſi ſtatim perfecto matrimonio, locum initi coniugii derelinquant. Sed praxis Eichelii diſtinctionem vix admittet, quod ipſe fatetur, niſi nuptiali ſocietate coniuncti pacto in bonorum communionem conſenſerint. Neque hæc praxis a iuris analogia abludit; ſi enim Eichelii doctrinæ locus dandus, domicilium mutaturi, omnes leges & conſuetudines, quibus obnoxii fuiſſent, ad novi domicilii locum circumferrent, quod L. fin. ff. de iuriſdictione adverſatur.

§. CIIX. Licet univerſalem q) qualis Hildeſiæ obtinet, coniuges ſalutis & periculi coiverint ſocietatem: attamen feuda manet excepta; niſi ſint mere hereditaria, aut de fructibus feudales, qui feudis non accenſentur, ſit ſer-

p) *De lucro mariti & uxoris n. 1. & 2.* ARGENTRÆVS *ad conſuetud Britanniæ art. 408. gloſſ. 3.* SANDE *deciſ. friſic. tit. V. d.* 2

q) In hac ſocietate omnia coniugum bona, niſi quæ legibus, moribus aut pactis excipiuntur, fiunt communia. Requirunt nonnulli nominum ceſſionem, quam in conſuetudinaria bonorum communione non obtinere docet GORIS *tr. l. c. 4.*

ſermo. Sic & res fideicommiſſo obnoxiæ ab hac communione exulant, & bona emphyteutica, ſi tantum ad filios transmitti poſſint. Trebellianica autem, quæ a lege transmisſionis & fiduciæ eſt aliena, partem communionis bonorum inter coniuges conſtituere poteſt. r) Altera ſocietatis bonorum coniugalis ſpecies, quæ ſimpliciter bonorum aut quæſtuum dicitur communio, pro moribus & ſtatutis locorum, ut monitum, varia eſt. Id tamen ubique propemodum receptum, quod non ſolum bona, quæ ante matrimonium cuiusque coniugum propria fuerunt, illam retineant qualitatem, ſed & quæ iure hæreditario aut legati ad aliquem perveniunt s) communionis illius maneant expertia. Hoc autem ad donationem uni coniugum factam, ſive ex mera liberalitate ſive ob bene merita non ſpectare arbitror. t) Nam peculiare u) in ſocietate bonorum coniugali eſt, quod uterque ſociorum non ſolum ad ea, quæ communi opera, induſtria & labore acquiruntur, ſed ut ad omnes fructus & emolumenta, quæ alterutri coniugum ex ſua parte obvenire poſſunt, concurrant. Atque ita, quibus talis placuit communio, haud dubie voluerunt etiam, ut donatum commune eſſet.

§. CIX. Sicut itaque lucra, ita etiam damna, onera, impendia, x) & debita conſtante matrimonio conflata

 ſunt

r) EICHEL *l. c §. XXXIV. XXXV.*

s) CHRISTINÆVS *ad LL. Mechlinenſes tit XVI. art. 11. n. 10. & deciſ. belg. 58. vol. 11.* MASVERIVS *tractat. de ſocietat n. 2.*

t) HERIBAI *rer. quotidianarum ſc. 14. n. 9. p. 238* iure friſico omnem donationem a cenſu huius communionis excludi aſſerit, cui contradicit SANDE *deciſ friſicar. lib. II. tit. 5. def. 3.* EICHELIVS de donatione, mera liberalitate facta, *Heribai* ſententiam probat, de remuneratoria autem *Sandii* opinionem.

u) SANZA *in tract. de diviſione bonor. lib. II. c. XI. n. 17.* SANDE *lib. II. deciſ. friſic. tit. 5. def. 3.*

ſunt communia ſive, ab utraque y) parte ſint contracta, ſive ab una ſaltim, z) in ſocietatis tamen aut communis rei familiaris utilitatem. Atque ita huc non pertinet, ſi alteruter coniugum gula aut alea a) aut actionibus a legum tramite aberrantibus b) ſe alieno mancipavit æri.

§. CX.

---

x) Aliquibus in ſocis omnia damna & impendia, etiamſi occaſione contortii illius coniugalis non ſunt facta, æqualiter ſunt ferenda. LAVTERBACH *de ſociet. bonor. coniug. c. V. §. 7.* SVAREZ *de lucro mariti & uxoris c. I. n. 56.*

y) GORIS *in adverſariis iuris tract. I. c. 4.* LOPEZ *de lucro mariti & uxoris c. 10. n. 2.* GRIVELL. *deciſ. dolan 13.* PAGENSTECHER *ad parœmiam*: De de man trouwt, die trouwt oock de ſchulden. Quærunt Icti, an inter coniuges pacto ſtatui queat, ut non debita, ſed tantum lucra ſint communia. Vbi mihi eorum placet ſententia, ſi ad legem Romanorum prohibitivam non reſpiciamus, qui validum dicunt, ſi ante nuptiale hoc pactum creditoribus alterius partis, ære alieno gravis, manifeſtetur. Quid enim illis fuiſſet ſolatii, ſi nuptiæ plane non eſſent inſecutæ? tunc namque alteram etiam tantum partem excutere potuiſſent. Dici non poteſt creditorum iuri, pacto tali, aliquid decedere, cum in alterius perſonam & bona nullum ius quæſitum habent.

z) SOMMERN *de iure novercæ c. 2.*

a) SANZ *de diviſione bonor. lib. II. c. 13. n. 12.* Sunt, qui putant etiam his mariti debitis uxorem teneri, niſi mulier tempeſtive ſeparationem aut interdictionem quærat, quoniam inquiſitio in mores mariti non ſine litibus & dubiis futura eſſet. Vid. RODENBVRG *de iur. concub. tit. II. c. 2.* SVAREZ *de lucro mariti & uxoris lib. I. n. 57.* Verum enim vero conſulendum fœminarum imbecillitati, quæ ſæpe maritorum atrocitate, ne iudicialem opem impetrare queant, avertuntur, & ſic nulla limitatione adhibita, uxorem ad tale æs alienum pro rata ſuscipiendum cogi non poſſe, exiſtimo.

b) LAVTERBACH *l. c. §. IX.* Neque accedendum *Goriſio*, qui in *adverſariis iuris tract. l. c. 4.* adſtruit, leviores pœnas pecuniarias ex communibus bonis eſſe præſtandas. Nam iniquum ſane foret, ſi innocens ob nocentis delictum, etiam levius tantum, excuti deberet. Conf. EICHEL *de communione bonor. § 42.* Porro damna, quæ in alterius coniugis parte culpa eius aut caſu exoriuntur, non eſſe communia affirmant. Crederem tamen, mala citra culpam illius coniugis, in cuius rebus damnum dederunt, obvenientia, ex æquitatis regulis, ab alia quoque parte ferenda eſſe; cum etiam ei pars commodorum, quæ ex illâ re expectabantur, deſtinata eſſet, aut percepta contigiſſet.

§. CX. Quid autem potestatis, in communibus bonis, societatis huius consortibus competat, una explanari nequit definitione. Tametsi enim ubique fere maritis maior in re communi ex statutorum aut consuetudinum tenore, ad sexus masculini haud dubie præstantiam & maiorem operam respiciente, tribuatur facultas: solet tamen illa variis circumscripta esse limitationibus. Sic mihi persuadere non possum, in Gallia c) Hispania d) multo minus in Germaniæ provinciis marito omnimodam, ut vulgo traditur, potestatem, invita etiam uxore, durante matrimonio acquisita alienandi, competere. Qualis enim esset communio, si una pars pro lubitu de re disponendi gauderet potestate, etsi altera pars dissentiret. Nec puto, sententiam illam Germanorum, qui tanto in sequiorem sexum feruntur affectu, convenire indoli. Immo, si iura Latii in subsidium vocamus, in re communi prohibentis conditio est melior. Quod ad argumenta contraria attinet, e) fallit sæpissime, maritum ad bonorum administrationem aptiorem esse fœmina, & si marito in quærendis bonis prærogativa debetur, illa quoad conservationem

 bono-

c) Videntur hoc de Galliæ consuetudine asserere PYRRHUS *ad consuet. aurelianenses*, BOERIUS *ad consuetudines bituricenses* CHASSIANÆUS Burgundiæ, MOLINÆUS *ad consuetudines pacis.* Huc etiam oculos intendere censetur LOISEL *in institutionibus consuetudinariis gallicæ scriptis lib. I. tit.* I. *§. XVI.* Ast hanc mariti facultatem non esse sine restrictione, ipsa natura pacti indigitat, & ex LOISELIO constat, ad bonorum immobilium alienationem se non extendere.

d) SUAREZ *de lucro mariti & uxoris tit. 1. n. 48.* LOPEZ *c. 10. n. 25. &* SEGURA *c. 1. n. 49.* de eodem argumento. SANZ *de divis. bonor. lib. II. c. 13.* Suspicantur aliqui, Hispanos quoque illam mariti potestatem ad bonorum mobilium alienationem restringere. De Lusitanis hoc testatur MOLINA *de iustitia & iure tom. II. p. 428* de quibusdam Belgii provinciis GORISIUS A. J. *tr. 1. c. 5 & 17.* In terris autem saxonicis hoc observari patet ex Land-Recht *lib.* III. *art. 36.* e) Vide EICHEL *l. c. §. 43.*

bonorum, uxori præripi non poterit. Et licet uxor sub tutela aut cura sit mariti, quod tamen ubique non obtinet: nihilominus sicut tutor pupilli, ita maritus uxoris res non potest deteriores reddere, & sic sine eius consensu res communes donare, vendere, permutare, pignori dare, & alio quocunque modo uxoris partem onerare non potest, inprimis autem hoc obtinebit, si mulier sit mercatrix. Qui marito alienandi potestatem tribuunt, opinionem suam restringunt, nempe alienationem a marito, inscia vel etiam invita uxore subsistere, si non fiat dolose & in præiudicium uxoris: verum hæc limitatio, fatente ipso Eichelio, litibus ansam præbet, quoniam difficilis admodum est probationis, an maritus defraudandi animum habuerit. Neque ex donationis quantitate tuto coniici potest, maritum in uxoris fraudem alienasse. Arbitror tamen, modicas mariti donationes, in amorem coniugalem dissimulandas, ratas habendas esse. f)

§. CXI. Quæ de universali bonorum societate coniugali affirmavi, etiam de societate acquisitorum tantum dicta volo, ita ut maritus ultra dimidiam & statutariam portionem donare nequeat. Neque natura rei communis patitur, ut eichelianæ sententiæ subscribi queat: solum esse acquisitorum dominum, uxoris vero dominium, durante communione in pendente esse. Quod ad facultatem testandi attinet, illam minus recte ad communionem bonorum, ex moribus Germanorum arcessendam, quadrare existimo. g) Quid autem hodie obtineat, ubi testamentaria iura patriam nostram invaserunt, EICHELIVS h) docet. Fateor tamen, mihi videri, rem ab eo

f) PETRVS SANZ *de divisione bonorum lib. II. c 15.*

g) *L. c. § 45.*

h) Germani testamentorum usum sprevere, & si rem ad hanc examina-

eo non ſatis in propatulo poſitam, quare marito licitum, de dimidia uxoris bonorum in communione exiſtentium inter vivos diſponere, non autem totum aut ſaltim partem eius, mulieri, ſoluto matrimonio debitam, teſtamentario ſubiicere elogio; e contrario uxorem nihil circa bona communia gerere, aut de iis contrahere, aſt de ſua parte teſtamentum componere poſſe. i)

§. CXII. Quæ in communione bonorum acquiſita ſunt, illico inter utrumque coniugem communia ſunt, tam quoad ipſum ius, quam quoad poſſeſſionem. Soluto autem matrimonio k) in ſocietate ſimpliciter bonorum primum ex bonis quilibet coniugum aut eius heredes recipiunt, quæ tempore initi matrimonii coniuges attulerunt, vel poſtmodum ſibi non ex cauſa ſocietatis acquiſiverunt. l) Quod ſi vero ex unius coniugum parte aliquid in communem utilitatem impenſum fuit, id ex communu-

---

mus normam, ſtatutum, poteſtatem de re ad ſocietatem bonorum coniugalem pertinente, teſtamentum condendi, prohibens, bonis moribus adverſari, dici nequit.

i) An mulier mortis cauſa ſuam donare poſſit partem, controverſum eſt. Qui huiusmodi donationes ad contractus referunt, mulieri facultatem donandi denegant, ſecus autem faciunt illi, qui donationes mortis cauſa ultimis voluntatibus accenſent. EICHELIVS eam ſubſiſtere poſſe putat, ſi fit per nudam diſpoſitionem, non autem ſi fit per traditionem. Sed nemo iuris peritus erit, quin viderit, hanc diſtinctionem in ſcrupulis & dubitationibus fluctuare.

k) Pauci ſunt caſus, ubi diviſio liberorum fit diſſoluto nondum matrimonio, quos narrant GRIVELLIVS *deciſ. dolana* 64. & SEGVRA *de lucro mariti & uxoris c. 1. n.* 2. In Hiſpania hæc ſocietas morte non finitur, ſed inter ſuperſtitem & defuncti heredes continuatur. Hoc etiam de Gallia CHASSIANÆVS *ad conſuetudines Burgundiæ rubr.* IV. *de Hollandia & Geldria* GURIS l. c. c. 4. affirmant, vid. LAVTERBACH l. c. c. VI. §. 3. Vbi de adulterio & diſſoluta viduæ vita tanquam ſocietatem hanc rumpentibus & lucrum communionis tollentibus agit.

l) GARSIAS *de acquaeſtu coniugali n.* 63. SVAREZ *de lucro mariti & uxoris tit.* 1.

muni resarciendum m) est. Deducto itaque quod quisque in societatem attulit, lucra & damna distribuuntur. Aliquibus in locis uxori dimidia, n) alibi autem tertia lucri & damni pars o) statuto aut moribus tribuitur. Si nihil hoc modo dispositum, æqualitatem servandam esse reor. p)

§. CXIII. Hildesiense statutum nihil certi de hoc disponit. Sed superstiti coniugi, licet adsint liberi, universam defuncti substantiam tribuit, nisi aliud pacto placuerit, q) aut ad secunda provolaverit vota. Ex quo autem ad secunda superstes coniux transit vota, cum liberis bona dividere debet, diversa tamen quota. Præmortua enim uxore dimidia una marito salva est, alteram dimidiam accipiunt liberi; mulier autem totam substantiam bonorum communium cum liberis in capita dividit.

§. CXIV. Goslariensium leges antiquæ r) hæc habent: Sterfft en mann edder fruwe, unbeerfft, wat dat varendes gudes

---

m) Hoc non obtinere, si quid casu amissum, dicunt.

n) Vt in Hispania SVAREZ *de lucro uxoris & mariti tit.* I. *n* 38. SEGVRA *c. 1. n. 1.* in Gallia CHASSIANÆVS *ad consuetud. Burgundiæ rubr.* IV. §. 2. in Belgio GORIS *adversarior. iur tract.* *l. c. 1.* in ducatu Wurtenbergico Würtembergisches Land-Recht part. IV. tit. in marchia brandenburgica SCHEPLIZ *ad consuetud. marchic. part.* III. *tit.* 2.

o) Vt in marchionatu badensi, Spiræ, Argentorati aliisque ad Rhenum sitis locis. Marito præcipuum aliquod, ob naturæ præstantiam, & maiorem ad res curandas & promovendas habilitatem deberi asserit. EICHELIVS *de commun. bonorum inter coniuges* §. XXI XXII. adscribit: Sed fœminarum non ita augustæ sunt naturæ dotes, nec dubium, quin a natura & usu instrui queant.

p) LAVTERBACH *de societate bonorum coniugali* §. XIV. GORIS *l. c. tract.* I. *c.* I.

q) De quæstione, an ab hoc statuto testamento discedi queat, agit EICHEL l. c. §. XVI. Negativam defendunt PENSOLD *in addit. ad Coler. part.* 2. *d.* 286. CARPZOV p. 3 c. 7. quorum doctrina iuri germanico magis conveniens videtur. Neque illi, qui coniugibus contra statutum testamentum faciendi tribuunt potestatem illud de tota bonorum massa intellectum volunt.

r) Tom. III, S. B. apud LEIBNIT. p. 488.

gudes is, dat erfft uppe den andern, hefft aber de dode ervegud, dar beholde de lebendige sine lifftucht ane, na sime dode velt dat uppe des neysten erven des dat hadde ghewesen. Sterfft en mann de en echte wiff hinder sick leth de kinder tosamende hebben, de wylen dat wiff nenen andern gaden nimpt ne darff si mit den kindern nicht delen, wenn sie aber einen andern gaden nimt, so schal se mit den kindern delen, unde schal to vorne nemen alle ore clederen de oreme live hefft, unde dat geschmide alse to orme manne ghebracht hefft, eder also gud geschmide offt id dar besterfft, unde wad dar vorder van erve is, dat schall de fruwe mit den Kindern to Kindes dele gan. Storve ock eyneme manne syn wiff de kinder hinder sick lithe, en neme de de mann eyn wiff, de ne darff mit synen kindern nicht delen, werfft he kindere, so schallen de ersten kindere mit den lesten like god recht hebben, tho ores vaders erve, unde wanne de mann sterff so mögen de ersten kindern del eschen von orer steffmoder, hedde aber de vader de kindere jennich beraden eder uffghedelet, dat doch von dem erve nicht ghelaten hedde, wolde de delinge nehmen, de scholde inbringen wat ome ghewordene were ane de fruwe over cledere unde smeide, unde man an ors perde und harnasch, also dat dit bock uthwiset. s)

§. CXV. Mulhusæ t) si unus coniugum, superstite alio, diem supremum obit, hic omnium bonorum, quæ post copulationem sacerdotalem & conscensum thalamum contulerunt, manet dominus, nec liberi ex illo matrimonio progeniti aliqud a reliquo parente petere

M * possunt,

s) Vid. plura l. c.

t) *Statut. mulh. lib. IV. art. XX.*

possunt, quam diu ille a secundis abstinet nuptiis; liberis autem alimenta & educationem vitæ eorum conditioni convenientem, dare debet. Quod si autem liberorum alicui matrimonium contracturo, aut absoluto vigesimo ætatis anno ad propriam œconomiam tendenti superstes parens aliquid largiri velit u) eius determinatio ab illius pendet arbitrio. Suadetur in statuto observanda inter plures liberos æqualitas. Atque hæc accepta in divisione hæreditaria, sive cum liberis non emancipatis, aut cum parente ad secunda vota procedente fiat, sunt conferenda.

Si superstes coniux ad novum se confert genialem torum, separatio x) bonorum, iuxta conficiendum inventarium, ex quo deinde recessus hæreditarius formandus, ante primam proclamationem suscipienda est. Si præter unum filium aut filiam, cui minori a magistratu tutores aut curatores petendi, nulli alii reliqui sunt liberi, superstiti coniugi duæ partes coniunctæ bonorum massæ, tertia autem filio aut filiæ cedit. Si plures adsunt liberi, hi unam dimidiam accipiunt, & parens, qui secundis votis locum dare vult, alteram habet. Superstes tamen coniux præcipuum habet die Kleyder und täglich gebrauchte Bette nebst dem darzu gehörigen Gewand. Cæterum quamdiu liberi se matrimonio non mancipant, aut viginti annos nati ad separatam se non convertunt œconomiam, portio eorum in manibus parentis utenda fruenda manet; cui tamen incumbit, liberis alimenta suppe-

u) Si parentum superstes in dando plane sit refractarius, iudicis opem implorari posse autumo.

x) Antequam autem separatio fiat, utriusque coniugis debita ex communi massa sunt solvenda: Viduæ tamen relinquitur libertas, an illata repetere, & liberis mariti bona & debita relinquere velit.

suppeditare, eorum educationi quo par est studio operam dare, & mature honestæ vitæ professioni, si masculi sunt, addicere. De parte autem illa liberorum parens pro lubitu disponere non potest, sed mobilia in tuto collocare, & si immobilia alienari aut oppignerari debent, præter curatoris suffragium, magistratus decreto opus est. y)

§. CXVI. Si apud lubecenses sterile colitur matrimonium a superstite coniuge in dimidiam bonorum succeditur partem dimidia autem denati heredibus est restituenda. Si liberi adsunt, superstes coniux semissem & liberi non separati alium semissem accipiunt. Pater præcipit vestes optimas & arma, uxor tantum annulum pronubum; reliqua omnia in communem hæreditatem conferuntur. Si a parente cum propriis liberis & privignis, succeditur, partem filialem accipit, si cum solis privignis dimidiam bonorum partem salvam habere debet. z)

§. CXVII. Iure luneburgensi statutario si maritus, mortua uxore, ex qua liberos suscepit, viduum agit, ad dividenda cum filiis bona compelli nequit. Ex quo autem a liberis prioris matrimonii se separare, & novo iungi connubio decrevit ad divisionem liberi pubertatem adepti, aut si hi in immatura adhuc sunt constituti ætate, qui ipsos a matre proxima attingunt necessitudine, provocare possunt. Hæc autem distributio liberis bonorum dimidiam tribuit partem, & geradam a) quam ma-

 ter

y) Reliqua ad hoc argumentum spectantia vide in statutis mulhusanis *art. XXI.*

z) Confer. *ius lubecense lib. II. tit. II.* STRYK *de differentia iuris communis & lubecensis c. IX. n. 59. seqq.* Lubecæ peculiare est, quod uxor tantum prolis orba mariti debitis non sit obnoxia. *Stat. lubec. p. 2 tit. 2. art 26.*

a) Peculiare hoc ex legibus luneburgensium municipalibus adiungere placet. Stirbt eine Frau, und lebt ihr Kind so lange nach ihrem Tode, daß es die

ter omni tempore, usque dum vitam posuerit, habuit. Manent tamen nihilominus liberi impuberes paterna sub tutela; pater autem liberorum cognatis gestæ tutelæ rationes reddere cogitur. b) Eodem plane proceditur modo, si patre exstincto mater novo amat sociari toro, tunc namque omnium bonorum, quæ cum priore marito communia habuit, dimidiam liberis c) permittere debet partem, eisque res expeditorias paternas præcipuas dare tenetur.

§. CXIX. Si concurrunt d) liberi prioris matrimonii non separati, cum liberis secundi matrimonii & noverca, hæc cum liberis suis præcipit dotem & bona paraphernalia ac receptitia (ihre Mitgifft und ihr Eigenthum/ daß sie zu ihrem Mann gebracht) quæ exstant nec non den Finger Ring/ den er ihr und sie ihm wiederum zur Hand Treu gegeben: liberi prioris matrimonii e contraria parte geradam maternam ut & quæ maternorum bonorum, cum noverca horum liberorum patri matrimonio copularetur, reliqua fuerunt. In rebus expeditoriis paternis semissem primi & semissem alterum secundi tori liberi percipiunt, & reliquorum quoque bonorum duæ constituuntur partes, quarum unam prioris matrimonii liberi, alteram secundi matrimonii liberi cum sua matre consequuntur.

Si pater moritur, qui ex duobus matrimoniis liberos habet & quidem ita, ut liberi prioris matrimonii, cum

die vier Wände beschreiet, also daß es die Nachbahren beyde oben und unten hören, und davon Zeugniß geben können, so bei ält der Vater der Frauen Gerade. Idem intuitu matris ratione rerum expeditoriarum obtinet.

b) J. Luneburg. *part. VII.*

c) Hi separati a lucris, quæ post separationem factam patri aut matri accesserunt plane excluduntur, ceduntque illa solis liberis secundi matrimonii.

d) *J. Luneburg. l. c. tit. II. III. IV.*

cum secundam duceret uxorem, non fuerint separati e) bonorum divisio tali instituitur modo, ut nempe utriusque matrimonii liberi dimidiam bonorum nanciscantur partem, quod etiam in rebus expeditoriis paternis procedit, suæ autem matris geradam cuiuslibet matrimonii liberi præcipuam habeant. Conferre tamen liberi, quæ post matris mortem a patre acceperunt, obstricti sunt.

§. CXIX. Si viduus, qui cum priori coniuge in sterili vixit matrimonio, a priori coniuge bona habet immobilia paterna, aut avita, quæ stilo statutorum luneburgensium Erb-Güter dicuntur, ea posterior uxor, mortuo marito, legitimis prioris uxoris hæredibus, quibus obinde idonee caveri debet, restituere est obligata. Idem de vidua, quæ ex priori marito non est facta mater, ibi traditur. f) Bona vero mobilia manent penes superstitem coniugem, exceptis rebus expeditoriis mariti, quæ ad legitimos eius heredes spectant & gerada, quæ uxoris proximis necessariis exhibenda est. g)

§. CXX. Ex statuti cellensis tenore h) vidua illata & accessoria bona (angefallenes Guth/) una cum gerada repetere potest & in hereditate mariti cum liberis sive ex se natis, sive privignis, qui quaternarium numerum superant, in capita succedit; in quintam autem partem venit si pauciores, quam quinque adsint liberi. i) Quod

 si vero

e) *J. Luneburg. l. c. tit. III.*

f) *J. statut. Luneb. part VII. tit. V.* Quæ autem huius generis bona uxori in morgengabem data, quoad vixerit, retinet: postmodum vero ad legitimos mariti hæredes ea perveniunt. Si marito aliquid ex talium bonorum complexu obvenit, illo ad vitæ dies uti frui potest.

g) *L. c. tit. VIII. Plura vide tit. IX. seqq.*

h) *Vid. vol constit. cell. pag. 833.*

i) Pro qua parte uxor heres est mariti, pro illa etiam parte, ad æs alienum ab eo contractum exstinguendum, concurrere debet.

ſi vero vidua a ſecundis abſtinere vult nuptiis, cum liberis ſuis bonorum ſocietatem colere poteſt.

Si coniugium prolis orbum terminatur, ſuperſtes coniux defuncto ſuccedit. Abſtineat autem ab hac hæreditate, ſi a ſolvendo ære alieno, quod denatus conflaverat, immunis manere vult. Neque tamen ſi hæreditatem mariti uxor repudiat, gerada & illatis k) excidit. Si maritus ad ſecunda provolat vota, bona immobilia, quæ defunctæ uxoris fuerunt aut ex dotali ære comparata omnia ad liberos ex ea prognatos devolvuntur, ita tamen ut pater quamdiu in vivis fuerit, illorum uſufructu gaudeat. Hoc ſtatutum etiam ad liberos ſecundi matrimonii pertinet. Quod ſi deinde coniux, quæ ex duobus matrimoniis liberos habet, moritur, ab eo relicta inter utriusque matrimonii liberos, & ſuperſtitem forte ſecundam coniugem æqualiter dividuntur.

§. CXXI. Ex legibus civitatis brunſuicenſis municipalibus ſi dotali nullo conventum pacto, a vidua gerada, dos & donatio propter nuptias præcipiuntur. Si exſtantes liberi quaternarium excedunt numerum, viduæ filialis obtingit portio, ſi pauciores quam quatuor eorum adſunt, quartam vidua hæreditatis a marito relictæ nanciſcitur partem. l) Si

k) Non deſunt JCti, qui putant, nullam portionis ſtatutariæ rationem haberi, ſi dos non eſt illata: verum in illis locis, ubi uxor præter dotem, qvam præcipuam habet, portionem ſtatutariam accipit, hanc dotis illationem non credo ita eſſe neceſſariam. Deinde in dote quoque compenſatio numerationis vices habet, ſi uxor operas, quas non debet, præſtitit, aut rei familiari ſubſidia ſubminiſtravit, quorum nulla ipſam tenebat neceſſitas. Habet hoc rationem pacti, ut fructus & uſura rei aut quantitatis dotis locum occupent. Et quis dubitaret, ſi maritus tacite aut expreſſe dotis illationem remiſerit, nihilominus uxori portionem ſtatutariam ſalvam eſſe. *arg. l. 2.* C. de dote cauta non numerata. Denique omni tempore dos adhuc poteſt conferri.

l) *Stat. Brunſu. tit. 19. §. 1.*

Si vidua nullis exſtantibus liberis cum aliis ab inteſtato ſucceſſuris concurrit, præter præcipua, quæ habet, ante enarrata in dimidiam bonorum a marito relictorum partem ſuccedit. m) Ex conſtit. de an. 1689. in ducatu brunſuicenſi omnibusque eius partibus & locis, ſi maritus aut uxor, nullis deſcendentibus aut aſcendentibus relictis, decedit, ſuperſtes coniux excluſis omnibus collateralibus, defuncti ex aſſe hæres eſt, ſi pacta dotalia aut teſtamenti tabulæ nihil aliud exprimant. n) Eadem conſuetudo Oſterodæ & Hamelæ locum habere dicitur. In comitatu lippiaco o) hoc in caſu coniux ſuperſtes etiam aſcendentes excludit. Additur in *ordinat. politic.* p) Schaumburgica, poſtquam de dubiis contra hanc conſuetudinem obmotis, mentio facta: Dieweil demnach diese Gewohnheit nicht allein in dieser Graffschafft / sondern auch in nicht wenig benachbarten Landen und Städten von undencklichen Jahren löblich hergebracht/ und darnach in Gerichten geurtheilet worden: Immassen dann das Hochlöbliche Käyserliche Cammer-Gerichte mit vielen præiudiciis solchen Gebrauch gut geheissen und bestätiget

m) *Stat. Brunſu. tit. 19. §. 2.*

n) Fürstl. Braunschw. conſtitut. und mandata p. 124. Cum hæc conſtitutio ex Germanorum moribus, qui iuris romani fictiones ignorant, ſit deſumta legitimatos etiam per eam ſuperſtiti coniugi poſtponi cenſeo; præſertim cum principis per reſcriptum poſt initum a patre naturali cum legitima uxore matrimonium, fuerint legitimati.

o) STRVK *de ſucceſſ. ab inteſt. diſp. IV. §. 8.* An hæc conſuetudo per *Erneſti Auguſti electoris conſtit. de anno 1694.* quod, in caſibus ſucceſſionis ab inteſtato, ubique ad ius romanum reſpici debeat, ſublata ſit, aliquid ex dubio habere videtur. In ſtatutis oſterodenſibus art. 13. decernitur: Si vidua, ex priori matrimonio liberos habens, ad ſecunda ſe contulerit vota, eam bona a marito relicta cum liberis haud dubie in capita dividere debere.

p) C. IV. Idem eſt in ſtatuto Lemgovicenſi, quod BERGERVS *reſp.* 49. ad philocaliam citat.

stätiget / sonsten auch billig / daß Eheleute / so ein Fleisch und ein Leib worden / und in höchster Pflicht / Treue und Freundschafft einander verknüpffet / und in gesamter Mühe / Sorge und Arbeit stehen / an den nachgelassenen Gütern Ergötzlichkeit haben. q)

§. CXXII. Helmstadii viget consuetudo, quod secundi tori socius aut socia, coniuge mortuo, cum privignis in portionem virilem succedat, & dotem aut donationem propter nuptias præcipuam habeat; ita tamen ut dos vel donatio propter nuptias in communem massam hæreditariam sit conferenda. Hoc tamen patitur exceptionem, si ob legitimas causas collatione non est opus. Secundum hanc consuetudinem semper in foro helmstadiensi iudicatum esse, ex magistratus urbici, testimonio in causa viduæ Thielen d. 2. Martii 1691. dato, patescit

§ CXXIII. Bremæ uxore mortua, maritus cum liberis in possessione omnium bonorum manet, nec ea privari potest, quam diu bona recte curat; hoc si enim neglexerit, nec magistratui aut liberorum propinquis, ut ad meliores se convertat mores, monentibus obtemperaverit, ut cum liberis dividat, oportet. Quod si vero viduus secundis indulgeat nuptiis, atque his etiam fœcundis, utriusque matrimonii liberos & viduam in capita successores habet. Si autem diversi matrimonii liberi utroque parente orbi sunt, ita ut præmortua secundi matrimonii consorte, deinde etiam maritus moriatur, utriusque matrimonii liberi secundum capitum numerum in iis, quæ marito & uxori communia fuerunt r) æqualiter succedunt. Quam diu vidua secundi matri-

q) Eadem ratio occurrit *in reformat. francofurt part. V. tit.* 4

r) Si diversi matrimonii liberi unione prolium coniuncti fuere, in omni-

matrimonii expers manet, in communione bonorum cum liberis manet: aſt ſi ſecundarum nuptiarum cupiditate flagrat, antequam ſecundo nubat viro, prioris matrimonii liberis tutores quærat, & tunc bona cum liberis dividat. Quod ſi hoc omiſerit, pœna 60. librarum ipſi eſt ſubeunda. s) Diviſio fit in capita, ita tamen ut viduæ ad ſecunda vota tranſituræ præcipuum aliquod relinquatur; hoc nomine autem liberis præſtare honorarium aliquod (Diſcretion:) tenetur. t) Quæ viduæ a mariti prioris dominio vacua manſere, poſt illius mortem in utriusque matrimonii liberos in capita dividuntur. u)

Si coniux nullis relictis liberis diem obiit ſupremum, nec inſtrumentis dotalibus aliter diſpoſitum, ſuperſtes ipſi ſuccedit x) atque omnibus tam aſcendentibus quam collateralibus præfertur.

§. CXXIV. Hamburgi, ſi patre e mortalium numero ſublato, mater ſecundum initura matrimonium eſt, in bonis cum liberis dividendis, pro horum numero, vel tertiam vel dimidiam lucratur. Mortua quoque uxor maritum in certa portione ſucceſſorem habet. y)

Holſatiæ urbes, Kilonia, Izhoa, Rendesburgum & Oldensloha z) item oppida, quæ ad dicaſterium commune

bus ſuccedunt. *Stat. br. 8.* & KRÆFFTING *in gloſſa p. 282.* KOCH *in ſpecimine collationum differentiarum iuris p. 56.*

s) *Statut. bremenſ.* 22. *§. 5.* Idem eſt in ſtatuto verdenſi 20.

t) Sie muß ihre Kinder davon abfinden, als ihre Ehe ſolches ausweiſet. *Stat. bremenſ. 6.* & *.* 7

u) KRÆFFTING *ad ſtat.* 7. KOCH *l. c. p. 56.*

x) *Ordeel 86. §. 1.* ibique *Kræffting in gloſſ.*

y) *Stat. hamb. lib. III. tit. 3. art. 4. 6. 8.* & BLOCK *different.* 48.

z) Vid. privilegium der Städte im Fürſtenthum Holſtein, quod adhæret der revidirten Land-Gerichts-Ordnung CL. VOGTIUS de hoc iure diſſertat. conſcripſit.

mune quatuor illarum civitatum appellant, utpote Krempe, Wilster, Segeberg/ Heyligen Haffen/ Neustadt, Oldenburg, Lütkenburg, & ex ducatu Slesvicensi Ludenburg auf Vehmern iure lubecensi utuntur. Habent nobiles in Holsatia viduæ peculiare ius, quod dicitur der Husen Band/ cuius vi vidua, quæ annum luctus observat, uno anno sex septimanis & tribus diebus omnem bonorum a marito relictorum habeat usumfructum. Quæ autem viduæ, hoc usufructu gaudenti, incumbant, in constitutione hac de re prodita memorantur. a) Præterea ad viduam illam spectant: Alles Haußgerath/ so nicht Nagel-oder Erdfest ist/ item Wollen und Leinewand/ alles geschlagene Silber und Gold zum halben theile/ so ihr Mann und sie instehender Ehe mit einander gezeuget und machen haben lassen/ ingleichen alle fahrende Habe/ Ochsen/ Kühe/ Pferde/ Schaaffe/ Schweine/ Gänse halb; Was übrig aber von Haußgerath/ Gold/ Silber/ Bücher/ Kleinodien/ Tapezereyen und Decken/ so sie nicht zusammen gezeuget/ und den Mann von seinen Eltern und Freunden angeerbet und gegeben/ dasselbige alles soll den Kindern und Erben allein bleiben und die Frauen darinn nicht erben/ wie auch ingleichen an den reisigen Pferden/ Harnisch/ Wapen und Wehren/ Büchsen/ Geschütz/ Pulver/ Bücher/ und was darzu gehöret/ solches folget billich den Erben/ wie auch alles baar Geld/ so auf Brieff und Siegel gewesen/ damit soll die Wittwe nichts zu schaffen haben/ das andere gehöret ihr halb/ so dar befunden/ wie auch/ da der verstorbene Ehe-Mann baare Gelder stehen gehabt/ und nachgelassen/ welche nicht auf Brieff und Siegel gewest/ sondern von den Zinsen

a) Adiecta est der revidirten Holsteinischen Lands-Gerichts-Ordnung.

Zinsen oder der Güter Einkünfften erhoben / ob er dieselbe gleich auf Rente zu belegen vorhabens/aber vor seinem tödtlichen nicht hätte ausgethan / seyn dieselbe unter der Wittiben und Erben halb und halb zu theilen. Wann aber der verstorbene Ehemann kein Gut hinterliess / hat die Wittwe an statt des Jahrs Hebung von den Gütern desselben Jahrs Zinse von dessen freyen Geldern zu geniessen. Des Mannes Ketten und Kleinodien behalten die Erben. Dargegen behält die Frau alle ihre güldene Ketten/gülden und silber Geschmeide und Kleinodien/ die Morgen-Gabe/ so ihr der Mann gegeben/ gehöret der Frau / dazu nimmt sie ihr Heyrath-Gut/ so sie dem Mann zugebracht / mit der Gegen Vermachung und Zugabe des Mannes/ es sey Geld oder Erbguth/ so ihr zum Leib Gedinge verschrieben und vermacht ist. Desgleichen alle Ketten/ Kleinodien/ Kisten und Kasten-Wahr/ so ihr von ihrem Vater und Freunden gegeben und angeerbet ist. Cum hoc iure Saxonicum ius morgengabæ & comestibilium b) quod viduæ nobili ex legis dispositione debetur, affinitatem aliquam habet. Simile quoque ius in ducatu bremensi inter nobiles obtinet. c)

§. CXXV. In Dithmarsia per mortem soluto matrimonio, illata sua coniux superstes repetit, reliqua defuncti heredibus cedunt, præter dimidiam partem mobilium, quæ uxori viduæ ut portio statutaria debetur. Sic uterque coniugum ad acquæstum, ut aiunt, coniugalem pro dimidia parte concurrunt. d) Quid iutico provinciali iure etiam Slevicensem ducatum obligante, obtineat, in libro, qui a lege cognomen habet e) exponitur.

N 2 CXXVI.

b) Vid. STRYKII *dissert. de iure viduæ nobilis Saxonicæ c. V.*

c) Bremisches Ritter-Recht *tit. IV.*

d) Vid. *ius provinciale dithmarsicum art. 34.*

e) Jütische Low-Buch *lib. 1. c. VI. IX.* Statutariam etiam portionem con-

§. CXXVI. Quod coniuges, ſi nulli adſint liberi, ſibi ex aſſe ſuccedunt, etiam in ducatu coburgenſi locum habet. Si liberis ſuperſtitibus coniugum alteruter moritur, & uxor ad ſecunda non tranſit vota, communium bonorum adminiſtrationem & uſum fructum retinet: Si vero ſecundo marito nubere vult, antequam hoc faciat, cum liberis dividere tenetur. f)

§. CXXVII. Si Norimbergæ factis pactis dotalibus & mortuo marito relictis liberis & uxore, retineat vidua ſuperſtes triplicia bona ſecundum ius commune &c. Nec prohibetur eiusmodi viduæ, de bonis poſt obitum mariti ad ſe devolutis teſtari. Si autem ſecundo nubit, vel alias a liberis diſcedit, bona paterna & horum adminiſtrationem amplius habere non poteſt, ſed liberi aut tutores tenentur, illi bona ſua reſtituere. *) Quod ſi vero maritus aut uxor absque liberis moritur, ſuperſtes coniux præter dotem aut donationem propter nuptias dimidiam hæreditatis partem conſequitur, reliquum defuncti parentibus, fratribus ſororibusque horumque liberis cedit. Quod ſi vero fatis functus, nec parentes nec fratres vel ſorores relinquit, qui in vivis eſt, coniux dodrantem pleno iure & quadrantis ad defuncti cognatos poſtmodum trans-

iugi uſu tantum deberi arbitror. De hac autem lex iutica c. 27. ſequenti modo loquitur: De eine Biſchlepperinne mit ſeck in ſuem have, effte in ſinem huſe hefft, unde he geit apen barlik met er tho bedde, unde ſe hefft ſchlötte und ſchlottel in erer vorwaringe ſtahn unde gahn apen barlik thoſamen, tho dem diſche, eten unde drincken met en andern dre winter (datis) dre Jar, ſe ſchal ſine echte unde rechte frouwe ſyn. Des Jütiſchen Low-Buch erſte Bock c. XXVII.

f) ROSLER *deciſ. coburg. ſect. V. dec. I. & XX.*

*) Vid. SCHVRERIVS *de hæredit. quæ ab inteſtato p. 475.*

transmittendi usumfructum accipit. g) Si uno coniugum vitam cum morte commutante, quæ vitam ducere pergit ex marito, aut maritus ex uxore in vivis esse desinente reliquos habet liberos, dimidiam unam superstes coniux, alteram liberi adipiscuntur, huiusque partis pater aut mater, quam diu ad secunda non transit vota, usufructu gaudet. h) Si vero cœlibis vitæ impatiens ad genialem redire cupit torum, liberis aut tutoribus eorum partem hanc restituat.

Si alter coniugum, nuptiali nulla facta pactione, vitam deserit, vitam tenens dodrantem parentes autem, fratres vel sorores & horum harumque liberi vel etiam consanguinei soli consanguineæque, uterini uterinæque quadrantem accipiunt. Si vero neque parentes neque fratres & sorores horumque liberi adsunt, ad superstitem coniugem dextans & ad defuncti proximos sextans pervenit; salvus tamen superstiti, quousque vixerit, sextantis est usus fructus. i) Si quis vel si qua secundo inito matrimonio decedit, relictis ex priori matrimonio liberis, coniuge, superstes coniux præcipit, quæ ad coniugem attulerat, & deinde æqualem cum liberis partem consequitur. Neque testamento aut pactis dotalibus rata liberorum portio imminui potest. k)

Si utriusque matrimonii liberi cum superstite coniuge concurrunt coniux tantum modo, quæ ad maritum vel uxorem attulerat, aut ad eum eamve stante matrimonio devoluta fuerunt, nanciscitur; remanet tamen

 cum

g) *Reformatio Norimbergensis tit. 33.* Retinet autem usum fructum, usque dum vitæ finem impleverit.

h) *Reformat. Norimb. tit 33. l. 4.*

i) *l. c. l. 5.*

k) *Reformatio Noribergens. tit. 33. l. 6.*

cum suis, id est, ex secundo vel tertio matrimonio susceptis liberis in possessione bonorum. l)

§. CXXIIX. Francofurti, si coniux moritur, quae in matrimonio sterili vixit, superstes accipit alle zugebrachte auch angeerbte fahrende Habe in proprietatem, immobilium autem ad dies vitae usum m) fructum.

Si adsunt liberi defuncti aut ex illo aut ex alio matrimonio, tunc bona immobilia omnia liberis, mobilia pro dimidia parte cedunt, reliquam partem coniux superstes cum partis liberorum usufructu habeat. Quod si vero vitricus aut noverca superstes est, nihil quam bonorum mobilium, quae defuncti coniugis fuerunt, dimidiam accipiat partem, nisi aliud quid dotali pacto destinatum, sed filialem non debet excedere portionem. n)

Si superstiti coniugi ex priori etiam matrimonio liberi sunt nati, quos vita tenet, bonorum, quae hisce cedere debent, usum fructum retinet.

§. CXXIX. Jure provinciali badensi o) si defunctus coniux liberos relinquit, sive ex superstite coniuge, sive ex priori matrimonio suscepti sint, superstes duas tertias, uxor autem unam tantum quaestus accipit partem, praeter hanc autem nihil iure hereditario consequitur. Quoties defunctus nullos liberos relinquit, toties substantiae, quam coniuges tempore contracti matrimonii habuerunt & deinde iure hereditario acquisiverunt, maritus superstes duas, vidua autem unam accipit partem, reliquum aut ad mariti aut ad uxoris superstitis proximos pertinet, ita tamen ut tunc substantiae usus fructus penes

l) *l. c. l.* 7.
m) *Reformat francofurt. part. V. tit. IV.*
n) *Reformat. francofurt. tit.* IV. *art. 5. 6.*
o) *Tit. V. §.* Ferner setzen *tit.* VI. *part.* VI.

penes superstitem coniugem maneat. Idem in ducatu Würtenbergico p) comitatu solmensi q) & permultis Franconiæ locis r) locum habet.

§. CXXX. Iure provinciali hassiaco s) coniux superstes dotalibus nullis confectis instrumentis, nec matrimonio prole beato, omnium bonorum percipit usum fructum, bonaque ab eo in matrimonium allata & ex hereditate vel aliunde acquisita præcipua habet. Bona communia sive unita gesamter Hand Güter pro dimidia parte ad maritum, pro altera dimidia ad uxorem pertinent.

Coniuges ex communi nogotio quæstum facientes æqualiter debita solvere obstringuntur, quæ autem ante communionem bonorum conflata sunt, ex contrahentis bonis propriis sunt præstanda, sive ex bonorum communium parte.

§. CXXXI. In marchia brandenburgica ex Joachimi I. constitutione coniugi superstiti dimidia pars bonorum tam mobilium quam immobilium t) deducto tamen

---

p) *J. pro vurtenberg. part.* IV. *thes. 6. n. 5. seqq.*

q) Solmische Gerichts- und Landes-Ordnunge *part.* II. *tit. 28.*

r) Fränckische Land-Gerichts-Ordnung *tit. 88. §. 2 seqq.*

s) *Tit. XXV.*

t) Mobilium & immobilium, quæ ad quantitatem bonorum constituendam concurrunt, numero etiam continentur res incorporales, quæ aut mobilibus aut immobilibus accensentur. KOHL *constit. marcb. quæst. III. n. 5.* Confert autem uxor omnia, quæ tempore mortis mariti habuit, bona dotalia, paraphernalia & receptitia, nec non hæreditatem delatam & vestimenta; hæc tamen in praxi uxorem præcipua capere docet STRYK ex Prückmanni consil. 48. Nobilis quoque vidua dotem & arrham sponsa etiam conferre debet, non autem vestimenta, ornamenta & mobilia pretiosa. Vid. plura apud STRYK *in dissert. de vidua nobili marchica c. 5.* Debent quoque conferre liberi & maritus omnia sua bona allodialia vid. STRYK *de success. ab intest. Disput. IV. §. 32.*

men prius ære alieno, debetur. Atque hoc obtinet, ſive liberi adſint, nec ne. Alteram dimidiam capiunt proxima cognatione coniuncti, & ſi nulli adſunt, qui defunctum neceſſitudine attingunt, alteram dimidiam accipit fiſcus. Obtinet quoque hæc conſtitutio inter nobiles. u) Plura alia ad hoc thema pertinentia apud Kohlium, Köppen, Pruckman, Schepliz & Strykium leguntur.

§. CXXXII. Ex iure ſtatutario prutenico culmenſi & gedanenſi, non attenta dotis quantitate aut ſuperſtitis coniugis qualitate, quotquot etiam adſint liberi, coniux ille bonorum communium partem pleno proprietatis iure capit nach flämiſcher Erb-Gerechtigkeit und Culmiſcher Freyheit. x) Iure ſtatut. rigenſi, ſi uxor absque liberis moritur, bona quæ in communione fuerunt, in tres diſtribuuntur partes, quarum duæ marito ſuperſtiti, tertia uxoris proximis cedit. Si maritus moritur, uxor præcipit morgengabam & poſtea dimidiam partem omnium bonorum. y) Si liberi vitam agitant, eodem illi ſuccedunt modo, quo alias ſeparantur. z) Iure Curlandico vidua, exſtantibus liberis, aut dotem repetere, aut dotalitium, quod in duplum fructus dotis æquare debet, eligere poteſt. a) Si dotem non intulerit, ex hereditate mariti

u) KÖPPEN *decad. 1. concl. III.* STRYK *de ſucceſſ. abinteſt diſſertat. IV.* §. 19. COCCEIVS *de different. iuris civilis & marchici tit. XXXIV.* §. 4. SCHEPLIZ *part.* III. *tit.* II. *p. 14* PRVCKMANN *part.* I. *conſil. 34.* BRVNNEMANN *cent. V.* HOFFMANN *ad conſtit. Joachimi I. p. 16. ſeqq.*

x) I. culm. lib. 10. tit. 10. c. 11. ſtat. gedan. part 2. c. 5. art. 6. I. prut. lib. V. tit. 12. KLEIN *de convent. iur. culm. decad.* IX. §. 7.

y) *Stat. regenſ. lib.* IV. *c. 6.* §. *1.*

z) Vid. STRYKII *diſſert. de collat. iuris rigenſ. cum iure communi* c. VI. n. 79. Adde c. 3.

a) *Jus provinc. Curlandiæ* §. *169.*

mariti filialem accipit partem non quæ filiis, ſed quæ filiabus debetur. b)

§. CXXXIII. Iure ſuecico, ſi maritus moritur, relictis ex ſuperſtite coniuge liberis, uxor habet poteſtatem adminiſtrandi bona liberorum, conſanguineorum conſilio, dum vidua eſt. Retinebat etiam hanc adminiſtrationem, licet ſecundo nupſiſſet viro c) hoc tamen recenti mutatum conſtitut. d)

§. CXXXIV. Si vidua ſolitariæ vitæ impatiens, ſecundo ſe iungi cupit marito, ante omnia e) bona tam mobilia quam immobilia, quæ mariti fuerunt, cum liberis dividere debet, ita ut dimidiam unam liberi habeant, alteram vidua cum lecto optimo, quem cum omnibus eo pertinentibus & veſtimento feſtivo exceptis ornamentis pretioſioribus, præcipuum habet, accipiat. Viduus ad ſecunda vota tranſiturus bonorum, quæ uxoris fuerunt, dimidiam partem liberis concedere tenetur, alteram ſibi vindicat, cum veſte feſtali, optimo lecto, ephippio, armis ſuis & ciſta ſua. f) Si maritus aut uxor ad plura tranſeat coniugia, eadem lex eſto. g) Si uxor ſine liberis moriatur ante maritum, hæredes illius dimidiam omnium bonorum partem capiunt, & alteram partem maritus accipit. Hoc etiam obtinet, ſi maritus ante uxorem, cum qua matrimonium prolis expers habuit, de-

O naſci-

b) *J provinc. Curlandiæ §. 179.*

c) *J. civil. ſuec. tit. II. c. X. p. 44.* a Loccenio in ling. latin. transl.

d) Vid. *reg. conſtit. de tutor.*

e) Vidua non habet poteſtatem nubendi in bona liberorum paterna, antequam hæc diviſa ſunt. Conſtit. reg. de tutor. art. 8. 9. 10.

f) *J. Suec. civil. tit. II. c. 9. & 13.*

g) *Conſtit. reg. de tutor. art. 7.* Æs alienum, a marito contractum, ex indiviſis primum bonis ſolvi debet, LOCCENIUS *in ſynopſi iuris ſuetici diſſertat. IX. §. 12.*

nafcitur. Non vero hæredes lucrantur donum matutinale uxoris, fed illud exftinctum habetur.

§. CXXXV. Videndum iam, quomodo ftatutaria coniugum portio amittatur, aut imminuatur. Statutariam portionem lege & pacto tolli mutarique poffe, teftamento autem non æque, recepta a ICtis & forenfi ufu comprobata fententia eft. h) Amittitur quoque illa portio ab alterutro coniugum, tori confortem vita privante; atque tunc eam non hæredi fed fifco cedere STRYKIVS i) affirmat. Hoc etiam fieri arbitror, fi quis coniugum adulterio fe polluerit, aut matrimonii confortem dereliquerit; Vtroque enim modo verum committitur delictum, ubi a nocente dolofe ius, quod innocens ex pacto & lege quæfitum habebat, violatur.

§. CXXXVI. Romanorum leges viduas, intra annum luctus nubentes, non folum infames dicebant, fed & aliis afficiebant pœnis, quæ, licet infamia per pontificis mifericordiam fublata fit, penes nos quoque locum habere traduntur. k) Hæc fententia videtur probanda effe, partim ob nativitatis tempus incertum, partim ut incontinentiæ mulierum repagulum aliquod obiiciatur. Germani quoque fecundas nuptias, a vidua acceleratas pœnis

h) STRYK *de fucceff. ab inteft. difputat. IV. c. II. §. XX.*

i) *Contra* CAMPES. *de dote part. V. quæft.*

k) Pœnæ illæ funt: quod vidua fecundum matrimonium plus iufto properans, neque agnatis neque cognatis ultra tertium gradum fuccedere queat. L. I. C. *de fecundis nuptiis*, & eum tali muliere nulla fit teftamenti factio, id eft, a nullo, præter fecundum maritum, ipfi aliquid teftamento relinqui poteft, & quod ei relictum, pro non fcripto habetur. SICHARD ad *L. I. C. de fecund. nupt.* Amittit quoque omnia a primo marito fibi relicta, quod etiam de donationibus inter vivos intellectum volunt. SCIPIO GENTILIS *de fecund. nupt. c. XVIII. pag. 152.* Lugubres perdit veftes ipfi ex hereditate datas. IOH a CARRON *de fecund. nupt. p. 524.* Cum ratio, quare in fœminis luctui annus ftatutus, in mafculis ceffet, pœnæ quoque enarratæ in illis ceffant.

pœnis pleſtunt. Si Francofurti l) vidua intra annum luctus nubit, omnia, lege aut pacto, ipſi ex prioris mariti bonis debita amittit, atque hæc ad liberos ex priori marito ſuſceptos tranſeunt, & ſi tales deficiunt, eorum proximi mariti agnati & cognati participes fiunt. Maritus autem eundem luit pœnam, ſi non expectato trium menſium lapſu a viduo diſcedit lecto. Quod autem hæres proximus, non autem fiſcus ſuccedat, ſi ſecundæ properantur tædæ, æquitati & iuri communi eſt conveniens: impingitur enim hæc incontinentia tantum in bonos mores. m)

§. CXXXVII. Solas ſecundas nuptias, licet poſterius matrimonium non fuerit præcipitatum, penes Romanos probro & pœnis n) obnoxias fuiſſe, ſupra monui.

 §. CXXXIIX.

l) *Reformat. Francofurt. lib.* III. *tit. IIX. § 4. p 164.*

m) *L. un. §. 3. C. de ead. toll. 1. I. C. de ſecund. nupt.* SCIPIO GENTILIS *de ſecund. nupt. c. 18. p. 129.*

n) Videntur tamen priora æræ chriſtianæ ſecula, pœnas illas ignoraſſe. *Digamus culpa non caret; tametſi legibus civilibus aliter videatur*, inquit THEOPHILACTVS *in epiſtolam divi Pauli ad Titum c. 1.* Huic accedit CHRYSOSTOMVS *in epiſt. Pauli ad Titum*, cuius hæc ſunt verba: *Scitis enim omnes, etſi ſecundæ nuptiæ legibus vetitæ non ſint, rem tamen multis criminibus obnoxiam eſſe.* ATHENAGORAS in apologia ſecundas nuptias vocat *honeſtum adulterium.* Pœnæ autem harum nuptiarum, quæ ſubſequentibus temporibus enatæ ſunt, potiſſimum in his conſiſtunt: quod vidua, ad ſecunda provolans vota, omnibus favoribus & privilegiis, quæ a priori marito habet, excidat. Alias vidua æque ac liberi, quamdiu illa ſecundum non amplectatur matrimonium, & hi propriam non inſtituant œconomiam comparate ſive reſpective, ut aiunt, maritali & paterno gaudent foro, licet ſit ſpeciale & privilegiatum. Sic Profeſſorum viduæ & liberi gaudent beneficio Authenticæ habeat. *C. ne pater pro filio.* ENENCKEL *de privileg. lib.* II. *c.* IV *§. 5. ſeqq. §. 8* 2) Per ſecundum matrimonium matris tutela tollitur SANCHEZ *lib.* VII. *diſp. 55. n. 10* Mater maiorem habens ætatem, mature ſive confeſtim, quod de anno intelligendum eſſe ex §. 6. *Inſtit. ad SCt. tertull. & L. 10. C. de legit. hæred.* conſtat. liberis impuberibus tutores petat

petat, & si hoc omiserit, impuberis denati successione privatur. Cum vero etiam mater legitima potest esse tutrix, hæc doctrina usum non habet; nisi vidua mariti expers manere non vult, & ad secundas pergit nuptias, antequam liberis impuberibus tutorem petierit *L. 6. C. ad Sct. tertull.* 3) Mater ad secunda accedens vota liberorum prioris matrimonii educatione privatur. L. I. C. *ubi pupill. educ. nov. 22. c. 35.* Non tamen puto, apud nos matrem, ut plurimum iuris romani inscîam, ob omissionem petitionis illius ius succedendi liberis amittere posse, cum facilius apud nos inveniri possint tutores, quam apud Romanos, quoniam tutelæ munus in Germania aut ex statuto aut ex consuetudine non solet esse gratuitum. Nec in se liberis aliquid ex intermissa tutoris petitione decedit, & si forte damnum aliquod inde liberi patiantur, ad illud resarciendum, adversum matrem actio in factum institui potest. Vide *synopsin basil. 45. tit.* I. *c. 35.* Aliter autem se res habet, si petitio illa dolose est intermissa, qui dolus tamen ab allegante est probandus. Neque mihi videtur hodie viduam, secundo se permittentem marito, educationem liberorum amittere, nisi talis spartæ sit incapax, quoniam etiam iuxta ius romanum vitrico privignorum educatio concedi potest. *L. ult. C. de contrar. tutel. iudic. l. 31. ff. de adoptionibus.* 4) Si coniux ad secunda transit vota, omnium, quæ a priori marito ad eam pervenere, proprietatem perdit, & solo usu fructu debet esse contenta. *L. 5. C. ad Sct. tertullianum Nov. 22 c. 40.* Viduæ vitæ impatienti Theodosius M. libertatem, quæ amittebat, uni filiorum prioris mariti dandi, concesserat: verum hoc mutatum. *Nov. iustin. 2. c 1. n. 22. c. 29. & 45.* Vid. IACOB GOTHOFRED. *ad l. 2. & 3. C. theodosiani de secund. nupt.* Id quod traditum de uxoribus viduis, secunda nubentibus vice, nov. Theodosii iunioris, quæ in *l. 5. C. de secund. nupt.* habetur, ad maritos viduos, novum contrahentes matrimonium, extensum est. Atque sic in legis necessitatem abiit, quod a Theodosio M. tantum suadebatur. Et cum hæ leges unice liberorum prioris matrimonii commodum spectent, ne scilicet, quæ patris aut matris fuerint, per patrem aut matrem ad extraneum deferantur: cessant illæ, si prioris matrimonii liberi non adsunt. 5) Si uxori usus fructus bonorum relictus, eo, si novum init matrimonium, cadit. Vid. *tit. C. Theodos. & Iustin si secundo nupserit mulier.* Hoc tamen, maritum etiam concernens, a iustiniano *nov.* XXII. c. 32. ita limitatum, ut tunc demum coniugi, secundas nuptias repetenti, a priori marito usus fructus legatus adimatur, si defunctus id specialiter caverit. 6) Mater nubens post mortem filii in bonis profectitiis ei tantum quoad usum fructum succedebat, ex Novella autem 2. c. 3. cum fratribus & sororibus defuncti ex virili parte in bonis adventitiis & profectitiis sive in viduitate manserit, sive ad secundas nuptias

ptias

§. CXXXIIX. Secula, Taciti ævum ſubſequentia o) ſenſim in Germaniam ſecundarum nuptiarum aliquam introduxiſſe videntur pœnam. Franci ære aliquo, quod dicebant Reipus, Reiphe p) viduæ proximis præſtandum, ſecundas nuptias redimere tenebantur. q) Delphinatenſem comitem ex ſecundo matrimonio cenſum aliquem exegiſſe, memoriæ proditum eſt. r) Monet THOLOSANVS s) in aliquibus civitatibus, dum vidui aut viduæ coniugium repetunt, uſu vel potius abuſu obtinere, ut conglobata ex plebe multitudo, tympanis & ære reſonante, aliisque haud dubie etiam contemtus & ludibrii ſignis t) infeſtent, niſi ſe ab hac ignominia pretio aliquo, quod carivarium dicitur, liberent.

§. CXXXIX. Parti ſtatutariæ ex ſecundis nuptiis paſſim mutationem induci, ex iis, quæ a nobis tradita ſunt,

 mani-

ptias venerit, concurrit. Vid. DIONYS. GOTHOFR. *ad l. 5. C. ad SCt. tertullianum.* Plura vide apud SCIPIONEM GENTILEM & CARRONEM *de ſecund. nupt.*

o) Quid antiquarum gentium germanicarum legibus hic obtinuerit, vide apud LINDENBROGGIVM & HEROLDVM.

p) Vocabulum derivandum puto a veteri germanicorum voce Repen vellicare, excutere. Sic dicunt lino nodos, ope dentati cuiusdam inſtrumenti, detrahere repen. Memoriam alicuius & famam laceſſere dicitur reppen, nec non nummos alicui excutere, eodem exprimunt vocabulo ac verbere aliquem excipere reppen, rüppeln, rips geven. Apparet itaque vocem in generali ſignificatu acceptum ſignificare detrimentum & incommodum alicui inferre, resque eius aut famam imminuere. Cum hac noſtra opinione coincidit SPELMANN *in gloſſ. p. 483. §. 3.* qui vocem Reippus deducit a ſaxon. rippan vel rypan metere, rapere colligere. Conf quoque hunc autorem ſubv. *uxoris emendæ ceremonia p. 560.*

q) Vid. *pact. legis ſalicæ tit. 46. 47.* & ECCARDVS *in notis.*

r) Confer. VALBONASIVM *in hiſtor. Delphinatus.*

s) *In ſyntagm. iuris univerſ. lib. 38. cap. 4.* ubi etiam de vocis *carivarii* derivatione eſt ſollicitus.

t) Penes Longobardos, aqua ſordida & ſtercore conſpurcatos fuiſſe, ex legibus AISTVLPHI, qui perverſum hunc morem lege prohibuit, liquet

manifestum est. u) Brabantinorum ius devolutionis, cuius vi bona immobilia superstitis coniugis prioris matrimonii liberis salva manere debent, exclusis penitus liberis secundi vel ulterioris tori, etiam ad hunc censum pertinet. x) Sunt variis in Germaniæ locis mores reliqui, ut libertas, secundum matrimonium ineundi, moneta quadam, iudici solvenda, comparari debeat. Hoc etiam de Anglia SPELMANNVS asserit. y)

§. CXL. In bonis ab hæredibus vacuis, aut his ad successionem non habilibus, fiscus ex statuto etiam succedit. Sic in saxonia, deficientibus cognatis non agnati sed fiscus sive magistratus domicilii, merum habens imperium, in gerada succedit. Idem fit in rebus expeditoriis, si agnati deficiunt. Quid de magistratus brunsuicensis successione, in bona utensilia & expeditoria, in urbis illius statutis, si ab extraneo petuntur, dispositum sit, refert. STRYK. z) Spectat huc quoque successio fisci in bona Hagestolziorum, quæ pœna orbitatis in ducatu wurtenbergico & cellensi alibique toleratur: in ducatu autem guelpherbytano recenti est abrogata lege.

§. CXLI. Sed finem addamus oportet, delibationibus nostris de iure succedendi ab intestato, ne labor dissertationi destinatus in volumen excrescat. Atque hæc sane est ratio, quod cum reliquis argumenti nostri thematibus etiam pactitiam omiserimus successionem.

u) Vid. EICHEL *de communione bonorum statutar. & statut. Luneburg. part. VI. tit. 12.*

x) Vid. STOCKMANNI *tr. de iure devolut.* & KINSCHOTT *respons. 65.*

y) *In glossar. sub voc. Neippus.*

z) *De success. ab intest. disp. V. c. 3.* Vbi alia adhuc statutaria recenses lucra, quorum numero etiam est ius detractus, de quo EICHELII, RHETII & THOMASII differt. exstant.

) o (